

PIIS DESIDERIIS  
EXPETITA  
AUDIENTIVM  
PHYLACTE-  
RIA

VT MAIORI QVAM HACTENVVS  
CVM FRVCTV

TOT IN ECCLESIA CONCIONES  
VNVM FERE QVOD SVPEREST ALICVBI LOCORVM  
DOCENTIBVS

AEDIFICANDI MEDIVM AVDIANTVR  
E A D E M Q V E  
CVM

PLVR. REVERENDIS CLARISSIMISQVE  
DOMINIS PASTORIBVS

SVAE FIDEI COMMISSIS  
TVM

QVOTQVOT SVNT OMNIBVS TVM QVI INPRIMIS HOC  
ANNO APVD NOS EX TRACTV TORGAVIENSI CON-  
CIONES QVAS CIRCVLARES  
VOCANT

HABITVRI SVNT COMMVNICATA

A  
CHRISTOPH. HENR. ZEIBICHIO  
S. THEOL. D. PAST. AC SVPERINTEND.  
ILEBVRGENSI

LIPSIAE SVMTIBVS LANCKISIANIS MDCCXX.

32

cl. CXXXVIII. B5

diss. A  
35









## V I R I

PLVRIMVM REVERENDI,  
CLARISSIMIQVE,

Fratres in Domino coniunctissimi,  
honoratissimique.

**S** Vis innotescere propius auditoribus, horumque exactio-  
rem, quam vulgo fieri solet, acquirere notitiam, am-  
pliusque, quam per solos habitos sermones sacros, aedifi-  
care gregem, in votis habuisse *Ioannem Wincklerum*,  
Hamburgensium olim Doctorem celebrem, accepi-  
mus, ea quidem animi contentione, ut de abdicando prorsus  
officio aliquando cogitaret, nisi, praeter Diaconos, daretur  
sibi adiutor, sui quadam salarii parte alendus, quicum coetui,  
maximam sane partem sibi non satis noto, exactius, maiorique  
cum mentis suae tranquillitate, invigilare posset. (α) Hoc scili-

A 2

cet

---

α Fechtius de visitat. domest. p. 51.



cet angebat *Theologum doctissimum ac punctissimum*, ut *Nitschio*, (β) *Theologum fama, scriptisque post fata immortalem*, ut *Theophilo Alethaeo* (γ) (verius *M. Laurentio Müllerero*) audit; Hoc munus, quod sustinebat, tremendum alias, ipsi intolerabilius reddebat, quod, tametsi illud Religiosi cuiusdam, cuius *Job. Richard* (δ) (de l'Amour ε) Lutherum simul criminatus, meminit: *Quia non fui de numero Episcoporum, non ero de numero damnatorum*, minime ingeminaret, animabus, quarum viginta minimam milia sibi concredita sciebat, consulere figillatim, mederi ignorantiae plurimarum, adeoque, quantumvis vel ad Collegium in Academia Theologicum rem detulisset, fluctus suae componere mentis satis non posset. (ζ) Bonus utique Pastor τὰ ἴδια πρόβατα κατ' ὄνομα καλεῖ, Joh. X, 3. ne minori, in tot pretiosis servandis ovibus, quam alii in grege communi, curam adhibeat, Prov. XXVII, 23. Κατὰ τὰ πάθη, καὶ τὰς ἐξέεις, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς τύχας, vel *Aristotele* monitore, (η) auditorem cognoscere, et, quem colere intendimus fundum, nosse, fodere, arare, occare, tum vero demum conferere decet. Decet concionatorem  
nosse

β *Myft. fervid. pag. 22.*

γ *Erlaeuterung der duncklen Oerter A. und N. Test. pag. 343. Scripta vid. ap. Vhsenium, Vit. Script. Eccles. p. 1004. seq. In motibus Hamburgensibus Anno 1690. haesitasse, Langius in primis, aliique testes sunt. Langii Anti-Barb. P. II. pag. 437. Eines Theologi Erzählung von Pietisten p. 29. 60. D. Loescheri Tim. Verin. pag. 47.*

δ *Sentimens d' Erasme pag. 122.*

ε *Placentin. de Verona Media, quibus Roma conservata p. 133. Anonym. Fehler des Paebstischen Hofes pag. 36. Gelehrte Zeitung. Anno 1716. pag. 190.*

ζ *Vid. Winckleri Epist. ad. D. Hannekenium. Conf. Mfc. D. Pippingii Prediger Gedancken pag. 140. 142.*

η *L. II. Rhet. c. 12.*



*nosse mores omnium aetatum, adolescentum, senum, virorum, omnium ordinum, Nobilium, divitum, pauperum, Magnatum, Principum, subditorum, Doctorum, mercatorum, militum, artificum, diversorum statuum, coniugatorum, Parentum, filiorum, Dominorum, servorum etc. ut ad eos possit accommodare orationem suam. (9) Το σιτομέτριον, quibus praefectus est, prudens mysteriorum oeconomus, quomodo dabit, Luc XXII, 42. nisi omnium ac singulorum peculiarem habeat rationem, dispiciatque sedulo, quid cuiusvis, pro cuiusvis indole, statu, et conditione conveniat? (1)*

## II.

Est aliquid, pro concione suam liberare conscientiam, qua insigniori muneris suscepti parte se saepius solantur sacri excubitores, effati memores divini, *dic, et servasti animam tuam.* Ezech. XXXIII, 9. Tantum ergo abest, ut ab hac nobilissima concionandi provincia desistant, ut potius sputa vel mali ipsius genii reputent quorundam voces, quibus sanctissimum hoc Dei, Ecclesiaeque institutum incessunt. In praevias concionantium meditationes, (commendata potius Tabula Pythagorica) tum vero etiam in modum, consignandi in charta sermones sacros, ordinem methodicum, aliaque invehuntur, quos hypobolimaea eousque huc dum adegit pietas, ut Collegia, quae vocant, Pietatis, conventibus publicis praeferre, interpellare pro sacris rebus perorantem, et afflatum aliquem insigniorem Numinis expectare, gloriosum ducant. (κ) Alii Philologica hic exterminari cupiunt, utpote oratorum, qui unctionem non acceperint, vires pure naturales pro Spiritu Sancto habeant, et ex ventris sal-

A 3

tim

---

9 Verba Qvenstedii sunt, in *Ethic. Pastoral.* pag. 473.

1 D. Buddei *Instit. Theol. Moral.* P. III. c. 8. pag. 753.

κ Bambamii *Pietist. Catechism.* Anno 1709. pag. 127. 129. seq.



tim libidine, arteque tantum humana, ad populum loquantur, cum tamen castigare Lutherum, eiusque versionem, vel ipsi egregium putent. (λ) Conciones ex Suggesto, *meretricem, bestiae insidentem*, dudum proclamarunt *Epistolae Theosophicae*, (μ) alii vocationem ab utero crepantibus, vel ex vulgo, cum *Henr. Julio Ehlero, Bartholomaeo Crasselio, Nicolao Langio, Jo. Rosenbachio, Ern. Christian. Hochmanno*, aliisque, ad praedicandum verbum impudenter se obtrudentibus. (ν) *Thronus idololatricus, lignum, in quo praedicentur mendacia*, Iahniae apud Halberstadienses Fanaticae suggestus appellatur, (ξ) non abludente *Burignonia*, cui conciones, ceu *ampullae, inanesque titillationes* (ο) false perstringuntur. *Alastoris, Jo. Michaëlis*, vox est, *das Stunden-gepredige gehoere zu andern Narrn-Possen, so die faulen Patres aufgebracht haetten*; (π) cum quo tenebriones alii perplures, quorum *λεπτολογίας* germanicis has conspergere pagellas, prope modum pudet, pessime consentiunt. (ε) *Mysterium hic non*  
*Evan-*

λ Dn. Franckii *Anmerckungen pag. 540. seq.*

μ *P. IV. pag. 371.*

ν *Stübel. Posaunen - Stimme nr. 4. pag. 6. conf. Schelgwig. Suppl. Synops. pag. 173. seq.*

ξ *Vnflug derer Piet. pag. 127. 141.*

ο *Colberg. Christian. Platon. P. I. pag. 391. Feustking. Gynaec. Fan. pag. 190.*

π *Tbierisches Christenthum A. 8. a.*

ε *Sclei, saltim ut pauca addam, conciones vocat der verlognen todtten Menschen Auslegung, Comment, und Glosfen - - - den unwahrhaftigen, verlogenen, hoffaertigen Welt - Geist. Theosoph. Schrift. pag. 123. Democritus: Thorheit aus der thoerigten Vernunfft, gestohlen Wort und verworren Gezeug. - - - Lügen - Worte des Geistlosen Schwaezers. - - - des Teuffels Lügen - Wort. - - - Geschwaetze der Kinder der Finsterniß, so die kluge Welt aer-*



*Evangelicum, sed Mysterium iniquitatis & Magisterium ineptiarum* deprehendere sibi videtur male sanus *Dippelius*, (σ) quem, cum Sociis infrunitis, pro dignitate depexum S. R. *Neumeisterus* passim dedit. (τ) Deprecantur equidem ex novis Doctoribus nonnulli, quam calumniantes ipsi, vocant calumniam, ubi improbatæ meditationis, concionibus præmittendæ, postulatur: (υ) Ast meminisse nolunt, *Io. Frid. Kleinium* Senatui Argentoratensium Ecclesiastico, re velut optime gesta, fuisse factum, conciones se suas prius, quam haberentur, in chartam minime coniecisse, quandoquidem aliquoties, nihil scripto designans, gratiam, auxiliumque Dei observasset; loqui sese ex agnitione, hanc vivam evadere in corde, Deum vero postea suggerere verba: *Nihil quicquam & in posterum calamo sese*

*ger, als Esel und Ochsen, bißher herum getrieben. Opp. p. 282. 147. 505. 284. Io. Frid. Kleinus Pastorem suum, Io. Iochium, ita traducebat: Er predige auf der Cantzel nur aus dem Holtze, stehe morgens früh auf, weil er einen guten Kopff habe, und lerne eine Sache aus den Büchern auswendig, und plappere nachgehend als ein Papogey daher. Strassburg. Bericht. p. 44. Man könne Christum nicht einpredigen, wohl aber auspredigen, it. So wenig die Päbstliche Messe den erwünschten Effect thue, so wenig effectuire auch das taegliche predigen. Nur Schwaetzer und Bauch-Diener waren (bey uns) ins Amt eingedrungen worden, Gichtelii morosophia est. Theosoph. Sendschr. P. IV. n. 39. p. 201. P. V. n. 122. p. 561. it. n. 29. p. 171. Wozu das predigen? in iisdem Epistolis Theosphicis legimus, die Lehre Christi hat keiner Auslegung nöthig, sondern nur den Gehorsam und das thun. P. I. p. 78.*

• *Oel und Wein p. 66.*

τ *Lab. Sacerdot. p. 763. seqq. 771. seqq.*

υ *Lang. Anti-Barb, P. II. p. 862. seq.*



*fese committere velle &c.* (Φ) Nostratibus alii conciones, memoria recitandas, veluti rem merito culpandam, obiiciunt, (χ) simulque adeo Sanctionem Summorum Ecclesiasticam, qua solent semper, impudentia, allatrant. (ψ) Ferremus, quae male sobriae huc dum blaterarunt linguae, nisi effrenata amplius plurium sese iactaret audacia. A Furiis agitated ille *Tranquillus*, quem exspuit Septentrio, *Homileticum, Pseud-Apostolum*, confinxit (ω) cuius dum vitam descripsit, pueriter in re seria lusit. Ex veritatis possessione, haud consultis aliorum operis (quod alias araneorum, non apum est) scribere alii, videri volunt, cum *Homileticam venissimam, auricularem, & culinariam*, immo *insanum insanae artis homileticae studium* accusant, *mercatumque*, ut vocant, *Lipsiensem*, novosque, qui ibi sint, *Logodaedalos*, qua solent, acrimonia, perstringunt. (α) In inventa mere humana (*lauter Menschen-Werck*) degenerasse conciones antiquas, quiritabatur *Boesius*, (β) ut *Satyras* plures, quas hic non scribere, multis difficile est, ne attingam. (γ) Horret pia mens, dum recolit, *M. Andream Grossium* in literis ad  
Hau.

Φ *Strassburg. Bericht p. 45. seq.*

χ *Dn. Neumeisteri Wiederrede p. 67. 68.*

ψ *Naevii Ius Clericor. p. 320. seq.*

ω *Edidit namque Lebensbeschreibung des falschen Apostels Homiletici, zu Jerusalem, auf Kosten des armen Lazari nachgelassener Erben. Unschuld. Nachr. A. 1709. p. 421. 427.*

α *Dn. Langii Orat. Sacra, praef. † 5. b. 6. a. it. p. 32. 54. Conf. Arnoldi Haeresiol. P. II. p. 116. Idea Piet. p. 18. 72. Niehenck. Compend. Err. Piet. p. 16. seqq.*

β *Magni Soravia p. 291.*

γ *v. g. Man koenne von dergleichen Papier (verbrannter Predigten) gantze Armeen versehen, und davon million, million Patronen verfertigen. Biblioth. nov. Hal. P. XXIIIX. p. 725. Et alibi: Wer wolte sich gerne mit denen Homileteten broulliren? P. XXXIII. p. 248.*



*Haugium A. 1704. Babelicum hic criminari officium; (δ) Immo habere Concionatores nostrates pro tribu, sedulo evitanda, ne simul impurum tangere epulum ac distribuere cogamur; pro ordine sine pace & benedictione, cui omnis ab Abele ad Zachariam effusus sanguis incumbat. (ε) Pensat convitio convitium Haugius, horrendam cum Baalis Sacerdotibus [ sic nostros turpissime flagellat ] communionem horrens. (ζ) Impia haec, planeque absona fidem superare poterant legentium omnem: Ast, meliora quis expectaret ab iis, quorum concionandi ratio rerum intelligentibus ita describitur: *ibr predigen bestehe in Hefftigkeit und greulichen schreyen, so auf nichts, als ein ohnfruchtbares schmaehlen hinaus lauffe, also, daß die Predigt sey hinten wie vorne, und vorne wie hinten.* (η) *Vae sibi* inclamat Apostolus, *ni Evangelium praedicaret.* 1. Cor. IX. 16. Qui dignitatem officii praedicantium, contra Pontificios, alibi vindicavimus dudum, quandoquidem *D. Hieronymus Renda-Ragusa, nepos P. Hieron. Ragusa, in praefatione ad illius opus: Omelie al popolo Christiano &c. in Messina 1716.* Pontificem modernum, Clementem XI. vel ipse Praedicantium ordini inseruit, nunc plura non addimus, quin potius, haec quod attinet, in effato Theologi celeberrimi plane acquiescimus, *quae, inquit, docendi, populumque (pro concione) erudicendi ratio, ut antiquissima, ita simul utilissima est, & ad Ecclesiae aedificationem prorsus necessaria* (θ)*

B

III.

δ Ad *Haugium*, inquam, *Proposant en Theosophie*, ut inscriptio Epistolae habet, *er würde kein Babelsches Amt suchen.* Strasburg. Bericht p. 172.

ε *ibid.* p. 193.

ζ *ibid.* p. 194.

η *ibid.* p. 235.

θ *Buddei Instit. Theol. mor. P. III. c. 3. §. 13. 779.*



III.

Hoc magis vero dolemus, nobilissimum isthoc docendi, aedificandique medium, suo saepius excidere scopo, ac concionantes, quos tamen, vel vires, vitamque profundendo, omninifru anhelant fructus, raro demetere. Expendit secum hoc Auctor, cuius prostant *Discours sur la Prédication, ou l'on propose divers moyens, de la rendre plus utile au Public*, (i) qui, cum videret indies, copiosas adeo, fereque innumeras conciones tam ferre exiguos fructus, causas indicavit, ac institutum ulterius urfit in scripto, cui titulum fecit: *Ecrit, ou l'Auteur du Discours sur la Prédication explique au long un des principaux moyens, qu'il a proposez pour la rendre plus utile au public.* (x) Accusat Doctores affectati applausus, nec quaesitae auditorum conversionis; Auditores critices immoderatae, neglectique conversionis desiderii, ruentisque adeo utrobique iusti, quod statuendum erat, verbi divini pretii. *Indifferentismum* infuper, immo et *Atheismum*, stupenda seculi monitra, celari coetui, minime, singulorum vero Statuum officia enucleatius inculcari, neglecta omni, quam in Oratore diligentem stultitiam vocamus, affectatione, maximopere cupit. Et ita omnino est; Somni nobis tempora arctiora, quam noctis, sunt; aegritudinem nobis conciliamus, minimum quandoque corporis; Mundi non tam delicias (quod debebamus alias) sed ipsi quandoque vitae necessaria spernimus, vix interruptae saepius concionandi provinciae intenti: Sed enim, *quis credit praedicationi nostrae? & brachium Iehovae in quo revelatur?* Es. LIII. 1. *Quam nobile saepe semen cecidit inter spinas!* Luc. IIX. 7. Proh! Discipuli, Servatori optimo proxime coniuncti, doctrinisque solidissimis innutriti, quod, dum Sacra iam *εινασάσµα* recolimus ubique, discimus, nil nisi ignorantiam  
pro-

i A Paris 1714. & 1716.

x A Paris 1715.



produnt, pudendamque Societati selectae stupiditatem. Luc. XXIV, 11. 25. Marc. XVI, 14. Joh. XX, 25. *Ovium audientium* quandoque adhuc numerus est; *sequentium* incredibilis saepe raritas. Joh. X, 3. 4. Pastori innotescere propius, quis, quaeso, inter nostros exoptat? Prima vice, quasique furtim, sacrum sumfisse epulum, gloriam putamus, qua semel accepta, sensim dediscimus, quod tenuibus perquam radicibus haesit, impetuofius postea, non salutantes antea Ministros, in cathedras homologeticas irruimus, quique huic sese insaniae opponunt, audacter illos vocare in ius decernimus, saepiusque iuramus, posthabito omni emendationis, nouaeque vitae rationis studio, quantacunque industria et circumfpectione, quanta etiam auctoritate, his superioribus annis, ab illis, qui eminent in fastigio, contra haec monstra pugnatum fuerit; morimur etiam, saepius incoenati, saepissime verbi Ministrum ne appetentes quidem, hunc numo existimamus alliciendum, quem execrandum tamen potius, quam cum animarum dispendio appetendum, pii existimant Ministri. Bene vobis est, sitque perpetuo, FRATRES, qui angustiores paullo in agris Deo cogitis Ecclesias: At, ubi coetus est diffusior, disciplinaeque propemodum omnis impatiens, morosior quoque saepe, et ad quasvis, si vel levissime tanguntur ulcera, minas, calumnias, artes, rudesque insultus paratior; quam ibi putabitis Praeconis esse tranquillitatem, qui, si pro concione haec vel centies taxaverit, millies reclamare praefractos, verso vel in ludibrium verbo, inaudiat? Male ageretur nobiscum, si Fanatici illius perdidissimi, *Christophori Barthuti*, in *confutata*, quam vocat, *Augustana Confessione*, calculo res hic conficienda esset; *Falsos ideo nos ait esse Propbetas, quod auditorum nostrorum vita cum iis, quae de vi et efficacia verbi, Sacramentorum et absolutionis, pro concione edissereremus, minime conspiraret.* (λ)

B 2

sti-

---

λ *Vnschuld. Nachr. Anno 1707. p. 887.*



stinus : *Domine, scis, inquit, quia dixi, scis, quia non tacui, scis, quo animo dixi, scis, quo animo flevi, CVM DICEREM, ET NON AVDIRER.* Ipsa puto, quod ratio nostra integra est. *Quia cum vidi gladium venientem, velut Speculator, ut Dominus admonet per Ezechielem, annunciavi impio impietatem suam i. e. correxi, non fugi, et ideo animam meam liberavi.* (μ) Suam ipse interpretabitur mentem Theologus celeberrimus, *Christoph. Matthæus Pfaffius*, vulnerum Ecclesiae, quorum sat est, apprime gnarus, cum iubet concionantes *præiudicia carnalia evellere, ardorem spiritualem per prædicationem affundere, ut turbæ poenitentiales cieantur etc. bæ si absint, totam prædicationem in MERAM ABIRE VAPPAM, et nullam esse. EX PECTORIS FVNDLO* loquendum, sensumque non saltim Theoreticum, sed etiam practicum gratiæ convertentis et sanctificantis auditoribus infundendum esse, sine his vel absolutionem quoque in MERAM VAPPAM, frigusque degeneraturam. (ν) *Langii* saltim putaveram, illorumque, quos perversa abripuit opinio, hos esse flosculos, *verbum apud impios fieri VAPPAM, regenitis autem esse, et manere vinum forte.* (ξ) Ex fundo raro emergunt alii, isthunc vel maxime omnium crepantes. Ardor sæpe docentis minime deest, et, si vel maxime desit, verbum tamen ille loquitur tale, quod nonquam non ardet. Semini numne nativum negaveris robur, si, cui committitur, terra, vel calcata nimium, aut spinis obsita, vel occultis scopulis fuerit impedita? *Vappa* sic fuerit verbum, quod mundo antiquissimo *Noah, Moses, Pharaoni, obduratis Esaias, Ieremias, maximeque Ezechiel, immo, quod optimus Servator Judæe, plurimisque, ad hanc tibiã non saltantibus, prolocuti sunt?* Es. XLIV, 4. Jer. XX, 7. 8. Ezech. III, 12. Matth. XI, 17. Frustra,

μ *Lib. III. de verb. Dom. serm. XII.*

ν *Theolog. dogmat. et moral. P. III. Sect. 2. p. 672. 673. 674. 675. plura, vix expectata, vid. p. 678.*

ξ *Lang. Anti-Barb. P. I. p. 301.*



stra, quas videmur nostris habere, conciones, quasque *Dannhauerus die vergebens-Predigten* vocat, (o) tales in se nullatenus, omniumque minime *vappae* comparandae sunt; *fili rebelles, obdurati vultu, et obfirmati animo, sive audiant, sive desistant*, scire coguntur tandem, *Prophetam* ( Spiritus, vivique verbi Praeconem, non *vappae* ignobilem cauponem) *fuisse in medio*. Ezech. II, 3. 4. 5. Tonsor et suo fungitur officio, et eadem utitur abludente aqua, sive Aethiopem laverit, sive venustiore, quod simile *Chrysostomi* est. (π) Babelem *curamus*, si maxime *sanari* noluerit. Jer. LI, 9. Medicus vere spiritualis est, si vel maxime in eo semper non sit, relevetur ut aeger. Secundum *fidelitatem* operis, non secundum *fructum*, mercedem summus Diribitor ex gratia dabit. 1. Cor. IV, 2. (ρ) *Nutricis* exercemus munus, 1. Thess. II, 7. cuius in se alimenta saepe bona sunt, quantumvis respuat, dum admovetur, pufio. Bene *Lutherus*, semper noster: *Es seyn viel geaengstete unnütze Prediger, die da brennen, hitzig seyn und mit dem Kopff hindurch wollen, wissen nicht, daß ein ander Ding sey ums pflantzen und begiessen, und ein ander Ding ums Gedeyen geben, so bald als sie es gesagt haben, wollen sie, es solle auch gethan seyn.* (σ)

#### IV.

Non plane interea despondemus animum, gaudemus potius in Domino, verbum pro concione loquimur ulterius *ἐν ἀνοίξει τῆ σόματος ἐν παρρησία*, atque de nulla re minus, quam de abrogandis concionibus, cogitamus. Somnia fuisse scimus quae

B 3

Ada-

o *Lac. Catech. P. X. p. 308.*

π *Homil. I. de Lazar.*

ρ *Nitsch. Myst. fervid. p. 240. 248.*

σ *T. II. Altenb. fol. 659. b.*



*Adamus Borellus* ( τ ) de quo, quibus sacris fuerit addictus, dum modo ad Fanaticorum, modo ad Arminianorum, modo etiam ad Anti-Trinitariorum castra refertur, sub iudice lis est, in scripto publico emisit, omnes scilicet conciones et scripturae explanationes abrogandas, hanc vero solam, sine omni addito hominum verbo, audientibus proponendam esse. *Io. Tennhardus* ex eiusmodi somniis in delirium illapsus, *omnes docentes enecare Christum, concioni se vix ulli, ob mendacia horrenda, attendere amplius posse, omnes concionatores esse seductores*, pronuntiat; ( υ ) Quis igitur, si res per eiusmodi erroneas staret, de abrogando concionandi apparatu vel omni, non cogitaret? Ast bene habet; quibus sana contra in corpore mens est, illi donum hic Dei venerati sunt eximium, et verbi seruari praedicationem, calidissimis suspiriis expetivere. *Philippus Melanchthon*, cum Brunsvigae tres Ecclesiae Pastores in examine tentaret, inaudiretque, ex iis duos mechanicis antea artibus vacasse, affatim plorans, in haec erupit verba: *Me miserum! qui, calamo scribens, ita possum concionari, ut non vererer conspectum totius Imperii Romani; In suggestu autem, quod ipsis est facillimum, pauculis audientibus, verbum facere non possum.* ( ϕ ) Principes, una cum aliis *Concionatoribus illustribus*, ex instituto describere alii, qui, dum nobilissimam hanc, vel suis exemplis, urgebant, immo nobilitabant maxime provinciam, contemptus seculi, cui nunc expositi sumus, facile cessabat. Difficile erat quondam iis, qui gradum inter Clericos inferiorem paullo occupa-

pa-

---

τ *In tractatu, Anno 1945. edico, cui titulum fecit, ad Legem et testimonium, sive Erotematica propositio quorundam conscientiae Casuum, praecipue de publico N. T. cultu.*

υ *Letzte Warnungs- und Erbarmungs - Stimme Anno 1711. p. 110. 114. 287.*

ϕ *Rethmeyer's Antiquitat. Ecclesiast. Urbis Brunsvicensis. P. III. c. 6. p. 180.*



pabant, nisi speciatim annueret, conniveretque Superior, concionando erudire populum, Episcopis saltim et Presbyteris primis hoc sibi vindicantibus, quod ex *Ambrosio*, *Hieronymo*, *Chrysostomo*, *Augustino*, *Fulgentio*, aliisque, *Stephanus le Moyne* erudite docuit. (χ) In Africa, ante Augustinum, inusitatas fuisse aliorum, nisi fuerint Episcopi, conciones, utpote cui a Valerio Episcopo in specie haec data fuerit potestas, *Sirmundus* solide edocuit. (ψ) Concilia, *Arelatense*, *Carthaginense IV.* *Turonense II.* *Cabilionense II.* *Trullanum*, *Nicaenum II.* *Remense*, aliaque, una cum iis, quae ex *Gundrhami*, Francorum Regis, quin et *Eliae Cretensis* simul dedit effatis, immo, qua ratione *Symmachus* ac *Nicolaus*, Papae, *Vae* inclamaverint sibi, *si praedicare neglexerint verbum*, *Bernardinus Ferrarius* copiose docet. (ω) Fuerit, ut quandoque Presbyteris, immo Diaconis quoque, in antiqua Ecclesia insigne praedicandi officium fuerit concessum; *Alexandriae* tamen Presbyter minime concionabatur, idque, in nunte *Socrate* (α) ab eo tempore observari coeptum est, quo Arius Ecclesiam perturbavit, utpote qui, veniente in partes *Sozomeno* (β) Presbyter, de doctrina fidei differens, nova dogmata invexerat. *Joannes Morinus*, si quis quam alius, haec solli-

---

χ *Varia Sacr. T. II. p. 35. seqq.* Comparetur hic *le Moyne. l. c. p. 35. 36. cum Ferrario, de Ritu vet. Concion. p. 162. seq.* et mirabitur lector, quam fere ad verbum alter alterum descripserit.

ψ *Le Moyne l. c. p. 36. Conf. Cotelerius P. I. PP. Apostol. p. 263. Dn. Wolffius, in Philosophum. Orig. Praef. B. 2. b. seq.*

ω *l. c. L. II. c. 1. et 2. p. 162. 163. seq*

α *Πρεσβύτερος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔ προσημιλεῖ. Socrat. H. E. L. V c. 22. p. 288.*

β *Πρεσβύτερος ὧν, (Ἄρειος) περὶ τῶν δόγματων διαλεγόμενον ἐνεωτέρισε. Sozom. H. E. L. VII. c. 19. p. 734.*



licite perquirat, observatque adeo ex Ordine Romano, *Diaconum praedicasse nunquam*, vocato in partes *Auctore antiquo*, Ambrosii temporum aequali, adeo, ut vel in scrutiniis baptizandorum vigiliae Paschatos, Evangelia, breves tractatus, et Evangelii expositiones ad Catechumenos, ne quidem a Diaconis, sed a Præbyteris praelegerentur. (γ) *Origeni*, Alexandria Caesaream Palaestinae pulso, ab Episcopis vero, qui ibi erant, dum nondum Presbyter ordinatus fuit, ad scripturae interpretationem vocato, Demetrius, Alexandriae Episcopus, utpote hoc graviter ferens, obstitit, atque ad Caesareae, vicinosque Episcopos, *ut contra Ecclesiae Canonem agentes*, rescripsit. (δ) Quid dicam de *concionandi* consuetudine, Patribus quoque ac Prophetis, immo venerabili universo antiquitatis Choro, insigni in pretio habita, utpote quam *Joachimus Hildebrandus* studiose recensuit, et a contemptu male sobriorum mascule vindicavit? (ε)

## V.

Propalam hinc esse existimo, maligni nullo non tempore fuisse artes ac molimina insidiosa, si quando de abrogandis concionibus sacris inita fuerint consilia, quando quidem iuratus hic conventuum sacrorum, verbique, in iis resonantis, hostis, aliis quoque insultibus confundere publice peroratueros, et deterrere a proposito, saepissime annisus est. Ringit ille, cum videt, esse quosdam, qui velut cum *Jacobo Vsserio*, insigni Archi-Episcopo, ac in Hybernia Primate, illud Paullinum in insignibus ferunt: *Vae mihi,*

---

γ Io. Morinus, *de Sacris Eccles. Ordinationibus P. III. Exercitae. IX. c. 3. p. 142.*

δ *Ex Eusebio* haec pluribus persequitur Morinus l. c. p. 142.

ε *De Veterum Concionibus A. 3, seqq. C. 1. seqq. 4. b. seqq.*



*mibi, nisi evangelizavero.* (ζ) *Machinatur, cum, interprete Gregorio Nazianzeno, in sermonibus sacris cursus et concursiones fiunt; cum suggesti cancelli a multitudine comprimuntur hominum, audiendi studio se mutuo protrudentium; (η) cum plebs circum cancellos apum more fusa est.* (θ) *Tumultuatur, quod Lutherus, WORMATIAM tendens, cum Erfordiae ac Gothae, mira audientium multitudine circumfusus, sacris pro rostris diceret, expertus est, quandoquidem, terrorem incutiente Diabolo, vel parietum compages et exedrae ruiturae, vel summa, dum strepitum ciebant, cacumina audientibus animum adimere, immo maxime ardorem, debebant.* (ι)

C

ho-

ζ Th. Schmith. *vit. eruditiss. et illustr. vir. in vit. Vsserii* p. 45.

η Nazianz. *T. I. OO. f. 1991.*

θ Conf. Dn. Rechenberg. *de Prudent. et decor. Ecclesiasten in suggest. decete* p. 16. seq.

ι Sic Daniel Greferus, *αὐτόωτης*, in curriculo vitae suae, Dresdae 1587. typis expresso: *Alda zu Erfurtb habe ich Lutherum in der Kappenhoeren predigen, und war die Kirche so voller Leute, daß die Pockirche krachte, und jedermann meynte, sie würde einfallen, darum auch etliche die Fenster auschlügen, und hinaus auf den Kirch-Hoff gesprungen waren, wenn nicht Lutherus sie getroestet, und gesagt haette: Sie solten still stehen, der Teuffel machte sein Gespenst, solten nur stille stehen, es würde nichts übels geschehen, wie denn auch kein Vnfall geschabe.* Bergmann. *Trem. Hor. P. II. p. 207. seqq.* *Concionem isthanc vid. Luth. T. I. Altenb. f. 732.* *Quae Gothae evenerint, Fridericus Myconius eloquitur: Als er (Lutherus) in Augustiner-Kloster ein Predigt thaet, do ein trefflich Volck hey war, da risse der Teuffel nach der Predigt etlich Stein von der Kirchen Giebel, der gegen der Stadt-Mauer gebet, hatten über 200. Jahr also fest gelegen.* *Histor. Reformation. a S. R. Dn. Cypriano edita p. 38.*



hospes, miris saepe tentationibus, quae tamen, quod discimus in Luthero, Concionatores saltim eo magis perficiunt, ut, quaesiti, unde solari didicerint in concionibus auditores tam egregie, ut horum quilibet existimet, suae illum calamitati accommodasse sermonem? cum Luthero respondere possint: *Hanc me artem edocuere tentationes.* (κ) Prodeant alicubi, cum Sacramentarentur, tempore Megalandri, Evangelii concionatores, lues, sudorem Anglicum vocabant, subito exoritur, et, quod quondam *Soraviae* factum, strages eiusmodi Evangelio imputatur. (λ) Glande plumbea enecare concionantem, vel citius sibi proposuit male feriatorum furor, et parum aberat, quin Anno 1636. *Valentino Frommio*, Superintendenti Neo-Brandenburgensi, illud evenisset. (μ) Expendebat pericula, quae pro suggesto dicentes, moliente contra Diabolo, saepe circumstant, pia Antiquitas, hinc simul ob hanc etiam causam, quod in *Evaristi* vita *Anastasius Bibliothecarius* memorat, ordinabat, *ut ex Diaconis, qui quasi oculi viderentur esse Episcopi, Episcopo concionanti septem adstarent, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquomodo infestetur, aut laedatur a suis etc.* (ν) Causas proinde habuit graves et vehementes *Richardus Baxterus*, cur Pastores suos, Satanae moliminum gnarus, ita admoneret: *Vm so viel mehr habt acht auf euch selbst, denn der Versucher wird sein meistes an euch wagen; Wenn ihr wieder ihn streiten wollet, so wird er sich nicht saeumen, so viel ihm Gott zulaesset. Er traegt gegen euch den groesten Haß, weil ihr ihm Abbruch thut. - - - Er schencket es auch seinen (Christi) Dienern nicht, denn er weiß, daß dieses einen grossen Riß verursachen würde, unter denen übrigen,*  

*wenn*

---

κ *Ex Wellero Ernesti in Gespr. p. 696.*

λ *Io. Sam. Magni Soravia p. 18.*

μ *Ex Gothschingii rebus Praecept. Neo-Brandenburg. Vnschuld. Nachr. Anno 1716. p. 240.*

ν *Bernardin, Ferrarius de Ritu Concion. L. II. c. II. c. 8. p. 188.*



wenn die Führer vor ihren Augen hinfielen. (ξ) Nondum deminuisse potest Stygius hic hostis, praedicationem verbi eripuisse sibi Ninivitas; suis dudum retibus in exa, liberasse multa hominum millia, qui verbo Apostolorum fervabantur; templa denique et dominium sibi plenum in populos ademisse sub Constantino M. ubi, idolis abiectis, fanisque solo aequatis, Rex gloriae patentibus incedebat portis, cum concionibus sacris omnia iterum perstreperent ac resonarent: Movet ergo in simpulo fluctus, nullique hinc rei magis, quam verbi praedicationi irascitur.

## VI.

Nos vero imus audentiores, nullique parcimus labori, saepiusque, quod *Joannem Schreiterum*, Ephorum quondam Wurcenensem, etiam fecisse legimus (ο) vel in maximis concionandi laboribus medicinam quaerimus, rectiusque valentes, e suggesto regredimur, quam dum paullo ante ascenderamus, dummodo fructus huius nostri sudoris luculentiores saepe perspiceremus. Hoc maior saepe esse videtur nausea, quo largius depluit manna. Singulis Servator in templo doceat diebus, hoc magis ejus sanguini inhiabunt empectae. Quae communitur, generosis vitibus conferitur, turri insuper ac torculari instruitur, Dei vinea, uvas nihilominus negat, labruscasque protrudit. Es. V, 2. Conficiuntur hinc propemodum moerore, saepeque vix, quorsum elabantur, tenerioris paullo conscientiae verbi Ministri, inveniunt, qui *δημοσια* docent, *καὶ κατ' οἴκους*, publice et domatim sacro officio vacantes, Actor. XX, 20. qui vigiles simul, et Doctores, Ebr. XIII, 17. Doctores simul esse, et Pastores, Eph. IV, 11.

C 2

con.

---

ξ Baxteri *Gildas Salvianus*, cap. I. Sect. 12. p. 113.

ο Schoetgenii *Histor. Wurcenens.* p. 313.



conceptasque aliorum querelas ( $\pi$ ) suis exemplis eludere gestiunt.

## VII.

Phylacteria quondam revocare iis, qui parum memores erant, diviniore Leges in memoriam debebant, quare, male intellectis Scripturae locis, Exod. XIII, 16. Deut. VI, 6. 8. manibus frontibusque peculiare aptabant membranas, singulares, ut hypocrisis subsequenterum temporum fingebat, sanctitatis testes, in quorum descriptione haud exigua fuit eruditorum industria. ( $\rho$ ) Christus, num talia gesserit vel ipse, quod Scaligero, Lichtfooto, Flacio, Lundio, Goodwino, aliis, visum, inquirere studiosius nolim, ( $\sigma$ ) qui illud maximopere vellem, ut, quotquot a Christo nomen habent, menti quasi phylacteria addant, ne, quod audiunt, verbi, tam cito iterum obliviscantur. Valebunt isthaec, siue gaudio suffundamur, siue in luctu maximo verseremur, quantum

---

$\pi$  Christus wird nicht alleine fragen, wie du gelehret, sondern wie du seine Schaafe und Laemmer geweydet. Großgebauer Waechter-Stimme c. II. Multi sunt boni Praedicatores, sed desides Pastores. Brunnemann. Jus Ecclesiast. L. I. c. VI. membr. II. p. 157.

$\rho$  vid. de Phylacteriis Buxtorf. Synag. Jud. L. IX. Leusden. Philol. Ebr. mixt. p. 131. Mich. Beckii 2. Disput. de Phylact. Jenae Anno 1683. et 1684. Lundii Jüdisch. Heiligthüm. p. 799. Lichtfoot. H. E. ad Matth. XXXIII. 5. OO. Vol. II. p. 356. seq. Flacii Clav. v. Phylacteria. P. Ravanelli Biblioth. S. v. Phylact. P. II. p. 295. a.

$\sigma$  Scaliger. Eblench. Trihaeres. c. IIX. Lichtfoot. ad Matth. XXIII. v. 5. l. c. p. 357. Flacius l. c. Lundius l. c. p. 802. Goodwin. Mos. et. Aar. L. I. c. 10. §. 22. p. 100.



tumvis, quae inter Judaeos recepta erant, Phylacteria, in nuptiis, et lectu deponerentur. *Ambulare inter sepulcra non licet cum Phylacteriis capiti affixis*, solennis inter Judaeos vox erat. (τ) Solis refulgentibus radiis, indice *Dithmaro ad Maimon. Constit. de Jure iur.* illa ferebant quondam phylacteria, deponenda, si noctis ingruerent tenebrae: (υ) Nobis alia mens est, quibus, dum tenebris offundimur, recordatio verbi sacra, ad quam confugimus, anchora est, *meditantibus in Lege Dei interdium ac noctu.* Ps. I, 2, Quanto cum studio conficienda fuerint Phylacteria Judaica, quo loro utendum, quomodo nectendus nodus, ut nomen Dei יהוה aliqua ratione exprimatur, et quae plura sunt, ex aureo, ut vocat, libello, *MSto scilicet, Ez Hechajim Hilcbot Sophrim Wagenfeilius* adduxit: (φ) Et nos ulli parceremus labori, ut Phylacteriis veluti sacris ornati, nostri compareant auditores; ut maiori in pretio Summi Numinis effata (nomen Dei tetragammaton vices et ter in illis Phylacteriis memoratur scriptum χ) habeant; Vt, sacris resonantibus rostris, vigilent, et ne obrepentem quidem admittant, patianturque somnum? (ψ) Hoc utique illud est, quod expetimus, omnique, qua fieri saltem potest, contentione, exoptamus. Mediis vero quibusdam res, si confici non prorsus, tentari tamen, aditusque muniri, ad maiora omnino po-

τ *Babyl. Beracoth. fol. 18. 1. Conf. Lundius l. c. p. 81.*

υ *Lundius l. c. p. 802. Rationes, parum stringentes, ex Maimonide attulit Wagenfeilius, in Sota p. 481.*

φ *Wagenfeilii Sota p. 399. seq.*

χ *ibid. p. 405.*

ψ *Nec in Phylacteriis, Maimonide praecipente, somnus capiendus est, sive forte obrepens, sive cui cum destinatione indulgetur. Si tamen (temperamentum sequitur propemodum ridendum) panno tegantur Phylacteria, nec foemina adsit, cum iis nictari paululum licebit. Wagenfeil. l. c. p. 405.*



terit. Quaedam, FRATRES EXOPTATISSIMI, eo, quo semper solemus, animo, vobiscum communicamus; media, inquam, quibus rei equidem omnis non haurietur latitudo, quae tamen praxis ipsa edocuit, usus confirmavit, eaque insuper, quae aliis, quibus vel in excogitando maior perspicacia, vel in exequendo insignior vis est, haud dubie peropportuna futura sunt.

### VIII.

Sacti instar Phylactarii, ut maiori cum fructu, attentiusque audiantur conciones, auditoribus futurum credo I.) SI RES ELOQVI EX SVGGESTO, MISSE VERBORVM INANIVM STREPITV, ALLABOREMVS. Catenae hae Herculis sunt, quibus vi quadam insigni attrahimus, alias fugientes, vinculisque prensamus veluti, quorum alias ad aliena mentis delabuntur cogitata. Sic perorantem vel ideo in oculis ferunt audientes, quod intelligunt, multo hoc ipsi stetit labore, lucernamque olere, quod eloquitur, non in labiis nasci huiusmodi verba, sed esse concepta diu, quae nunc optatissimo excluduntur partu. Hi sane aculei intimius infiguntur, finitaque concione, iterum reviviscunt, ut, quod in ventosis saltim, inanibusque sermonibus fieri nequit, aliis iterum recenseri, non sine maximo et fructu, et voluptate possint. Quod in *Cornelium a Lapide* aliquando *Thomas Crenius*, hoc nos in verbosos nimium perinde dicimus, *audimus molae strepitum, sed ubi farina?* (ω) Incautiores saepe in rebus sunt, qui saltim luxuriant in verbis, nec sufficit responsio, quam, sicubi incommode dictorum accusabatur, Hieronymus dabat: *Rhethorici sumus, et aliquid declamationibus dedimus; Quo fine etiam Chrysostomus dicit: Se loqui saepe declamatorie, non ve-*

re

---

ω Crenii *Adnima d'vers. Philol. et Histor. p. 84.*



re. (α) Doctorum suae Ecclesiae, dum colligit elogia *Antonius Walaeus*, illud, quo *Fayum* maectat, fuisse scilicet explicatorem, sed parum pressum, insigne adeo non est, si comparetur imprimis cum laudibus *Bezae*, cuius eloquentiam masculam, ad quam, uti pergit, totus orbis obstupuerit, satis demirari nequit. (β) Nil posse, nisi concionari, res perexiguae laudis, causa vero, quod in *Spangenbergio* videmus, insequentium saepius errorum est. (γ) Sunt nonnulli Theologi, *Divi Ittigii* verba sunt, aut potius hospites in Theologia, qui neque solidam Theologicarum controversiarum notitiam, neque aliquem rerum Ecclesiasticarum usum curant, praecclare secum actum, existimantes, si eo usque studia ipsorum provehantur, ut concionem aliquam, aliunde hausam, ex memoria recitare valeant; His longe suum, quem laudat, *Carpzovium*, cuius omnino similes raro secula ferunt, praefendum cupit. (δ) *Nolo te*, *Nepotiano* suo *Hieronimus* inculcat, declamatorem esse, et rabulam, garrulumque sine ratione - - - Verba voluere, et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. (ε) *Demosthenem* sibi proponit Theologus per Saxoniam *Summus*, qui turpe duxerit sibi, coram multitudine dicere, ut vocant, ex tempore, et sine praevia meditatione differere, multoque magis sibi esse legem positam, arbi-

α *M. Chemnitii Loc. Theol. Or. prooem. de lect. Patr. p. 5. seq.*

β *Jochii vit. Theolog. p. 33.*

γ Ita namque de *Spangenbergio* scribunt *Wigandus* et *Mencelius*:  
Pro iudicio multorum bonorum, in comportandis sermonibus ad populum lingua vulgari, non malus est scriptor; sed ad controversias Religionis tractandas, quae exactius iudicium et maiorem dexteritatem requirunt, parum videtur esse idoneus. *Dn. Serpili vit. Nebem. p. 124.*

δ *In Orat. Parentali, Carpzovio MDCCVII. habita D. 1. a.*

ε *Hieronym. ad Nepotianum, de Vita Clericorum. OO. T. I. pag. 10. D.*



arbitratur, *singula expendere verba, quae, Legatus Christi, coram Ecclesia habeat enuntianda.* (§) Non possum temperare mihi, quin verba Theologi, quem dixi, Summi, alio prolata loco, excitem: *Es dringt mich auch, inquit, die Liebe Christi, noch eines hie und da vorfallenden boesen Gebrauchs zu gedæncken, da mancher wenig oder gar nicht mit Sorgfalt fragt: Was soll ich predigen? Ich meyne, da man das studieren hintansetzt, ohne vorhergehende meditation, Bedacht und angewendete Arbeit auf die Cantzel tritt, und etwas daher prediget, oder vielmehr, wie Lutherus redet, geysfert und speyet, was einem ins Maul koemmt. Mancher macht daraus wohl einen Ruhm, wenn er Abends vorher bey Gastereyen und Mahlzeiten biß in die spaete Nacht hinein gefessen hat, und doch des Morgens früh seine Predigt ablegen und verrichten kan. Wer von der Art ist, der dencke nur, solcher Ruhm sey nicht fein. 1. Corinth. V, 6. (η) Subitaria sua prodere, Lipsius nil esse aliud putat, quam *latus petusque sum nudum obiicere ad omnem ictum.* Et Lutherus blaterones eiusmodi vocat, *wilde wüste Schreyer und Speyer, und freche Prediger, die da redeten, was sie düncke.* Ein Pfarrer oder Prediger solle studieren, und unter allerley Bücher sich üben, so gebe ihm Gott auch Verstand, aber die Bauch-Pfaffen lasse er ledig. (θ) Mirum observatur inter orationes subito effusas, ac praevia meditatione concoctas, discrimen, quod vel Athenienses aliquando observabant, *Romanis sermonem in pectore, Atheniensibus vero nasci in ore, dicentes. Subitanea profusio, abortus, quam parvus nomine, dignior, levitatis ac incuriae est plenissima* - - - *simul intrans (praecoces Homiliae) et simul exeunt, aliorum iudici-**

---

§ Mfcus Pippingius, in *Prediger-Gedæncken* p. 259. seq.

η Dn. Pippingii *Conc. inaug. Divi Bosssekii, Ephori Ossitiensis* p. 44. seq. Conf. si placet, *Meditationes nostras de transfigur. Christ.* p. 248. sq. 259. sq. *Observ. miscell. P. VII. p. 542. sqq.*

θ Lutheri *Glossa ad Psalm. XLVII. 8. et Syr. XXXIX. 1.*



dicium est. (ι) *Vocem mittere Vlyfsem non ex ore, sed ex pectore, Homerus asserit, dum virum, sapienti praeditum facundia, effert. Ac Tullius indisertam mavult prudentiam, quam stultam loquacitatem, qui alibi verborum, vel optimorum atque ornatissimorum sonitum inanem, nulla subiecta sententia nec scientia, pro furioso agnoscit, minime dissentiente Catone, dum morbum accusat loquendi, ac inter audire et auscultare distinguit, quando quidem et pharmacopolae audirentur verba, cui tamen se nemo committeret, si aeger sit.* (κ) *Ὁμοροφίδης χελιδῶνας μὴ ἔχειν, domesticas hirundines ne habeto, Pythagoras suo iam tum tempore praecipiebat, garrulis, nugacibus, blateronibus ac locutileiis nebulonibus, ex interpretatione Hieronymi et Cyrilli, infensus.* (λ) *Τρυγόν* ⊗ esse *λαλίστερον*, ut Suidas affert, *Serviusque* amplius exponit, levis gloria est, cum garruli iis mihi videantur simillimi, quibus, de tribu Joseph, propterea, quod clavos Servatori, figendo cruci, paraverint, vermiculi perhibentur nasci in labiis. (μ) *Garruli, ex acumine Mr. de Monoye, urgente quadem necessitate, feruntur imberbes, cum radi, illaesis genis, alias minime possent,* (ν)

D

ut

ι Nitschii *mysta Simplex* p. 79. seq. 105.

κ A. Gellii *N. A. L. I. c. 15.* qui simul discrimen inter *λαλεῖν* et *λάγειν* allegat, mentemque sic eloquitur: *Qui sunt leves et futiles et importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi, verbis humidis et lapsantibus diffluunt, eorum orationem bene existimatum est, in ore nasci, non in pectore. l. c. p. 26. seqq.*

λ Gyraldi *Pythag. Symbol. interpretat. OO. T. II. p. 645. seq.*

μ Suidas in *Τρυγόν* ⊗ *λαλίστερον* ⊗. *Servius* quosdam non saltim τῷ σώματι, sed vel, τοῖς ὀπίσθιαις μέρεσι *λαλεῖν*, perhibet. *Dn. Wolffii Causauboniana* p. 62. *De vermibus, in ore natis.* *Berckenmeyer. Antiquar. P. II. p. 63.*

ν *Menagiana T. IV. p. 207.*



ut leve adeo, verbis saltim se efferentibus, si sapientiam spectes, nomen superfit. Res contra et soliditatem qui consecantur, hos populi turba premit, hos altius enutriti, non nisi cum voluptate audiunt. Quatuordecim millia hominum, saltim ex peregrinis, omnes si attendas, XXV. millia, teste *Michaële von der Strassen*, alliebat ad audiendum realis haec concionandi ratio *Lutheri*, cum Anno MDXXII. apud Cygneos, ex curiae fenestra, templo multitudinem populi non capiente, perorasset. (ξ) *Vti, modo non ad ostentationem, eruditione, suo loco concionanti licet, prohibere studiosos Auctorum lectione, solis commendatis Bibliis, nefas, cum Pauli, vel in Arato, Menandro et Epimenide, imo iuris doctrina etiam versati Act. XVII, 28. Tit. I, 17. Gal. IV, 3. 2. habeamus exemplum, dummodo ad aedificationem omnia vergant, Christusque nucleus maneat ubique, Divi J. B. Carpozovii mens est. (ο) Dixerint aliquando Patres, antea non praemeditati, prout sese ex codice, fortuito evoluto, obtulerit occasio: (π) Patres erant, non semper, sed rarius illud molientes; Patres, in interpretatione mire exercitati, siquidem *Origenes* non nisi sexagenarius, vitae scilicet gravitatem, aetatis maturitatem, et multae experientiae auctoritatem adeptus, ex tempore dicta, excipi a Notariis, *Rufino* teste, passus est; Patres, seculo non nostro viventes; Patres denique, quos imitari in omnibus minime sole-*

---

ξ *Docet haec ex antiquo, temporis vero iniuria exeso propemodum documento S. R. Dn. Cyprianus in II. Theil nützl. Vr-kunden, p. 263. 265.*

ο *Funebr. P. IV. 623. Conf. Eiusd. Praef. ad Martini Bohemi Contemplation. hominis Theologicam.*

π *Probat hunc saepe non meditantium morem exemplis Origenis, Chrysofomi, Augustini, Attici Constantinopolitani, Fausti Reiensis, B. Ferrarius de Rit. Concion. L. I. c. 18. p. 75. seq. L. II. c. 16. p. 212. seqq.*



solemus. Excedant nonnulli in apparatu, quem vocare tantisper liceat reali; nos institutum isthoc minime probamus, qui illud dari nobis, expetimus tantum, vel ipsos, qui soli hic adhaerere scripturae praecipunt, diffiteri non posse, a *Jo. Matth. Meyfarto concionatores pueriles ( kindische Prediger ) elementares ( A. B. C. Prediger ) Rusticanos ( Bauer - Prediger ) lectione parum subactos ( unbelesene ) festinantes itidem ( die eilfertigen ) iure maximo fuisse castigatos. ( ρ )* Invehantur alii in abusum, ut videri volunt, perinde; *Lappalia* vocitent *realia*, ne hymnis quidem piis per omnia parcentes: ( σ ) Res bene habet, Realium usum multo rectius docuere alii, ( τ ) qui etiam, praeunte Apostolo, vel ab Ethnicis, tanquam iniustis possessoribus, bene tradita repetere, et in usum convertere iubent, quandoquidem vel offensissimi Dei hostes sic inter gentiles quondam fuerint experti, propriis se vulnerari pennis. ( υ ) Saltim sit modus in rebus, ut, si termini admittantur exotici, id lege quadam necessitatis, parcius, semperque cum subiecta explicatione, fiat, *ne tuba det sonum incertum*, 1. Cor. XIV, 8. 9. ne Missaticum velut mussitemus sacrum; si similibus utamur, Proverbiis, exemplis, modice illud, habitoque selectu, ac, ne contra gravitatem locique auctoritatem vel quicquam admittatur, perpetuo fiat. ( φ ) Nec aurum Egypti respuit tabernaculum, dum aedificandum est, sacrum: Et Sapiencia, vel ex Gentilibus hausta, adeo hic non excluditur omnis, ut vel Divus ipse Apostolus ex eiusmodi Poë-

D 2

tis

ρ Dn. Franck. *Anmerckung*. p. 540. 581. seq.

σ Langii *Orator. Sacr.* p. 144.

τ Vid. Dn. Loescheri *Praef. ad Gerstaeckeri delicias Anglicas*, ubi *Realia in docentia (Anglorum plurimum) moventia (Gallorum) et delectantia (Italorum)* tribuuntur.

υ Hildebrand. *de vet. Concion.* D. 4. b.

φ *De Singulis ex instituto* vid. Nitschius, *in myst. Simpl.* p. 142. seqq.



tis pro concione unum alterumque, ut vidimus supra, alleget. Sunt quaedam Scripturae partes, quae, nisi populorum mores attendas, et profanos consulas eruditos, leviter ab extra saltem attinges, ad nucleum vero usque minime penetrabis, quod eruditi interpretes, qui ex seculis recentioribus cum *Grotio*, *Lichtfooto*, *Hammoudo*, (modo non nimium hi sibi saepe indulissent,) *Witsio*, *Vitringa*, *Dougtaeo*, *Knatchbullio*, *Homborgio*, *Carpzoviiis*, *Oleario*, *Deylingio*, *Raphelio*, in indaganda scriptura, vel peculiaribus quibusdam eiusdem locis, defudarunt, edocuere. Omnis veritas est a Deo, qui demumcunque eam fuerit quandoque elocutus. Suggestit in demonstratione sana etiam aliquando ratio canonem, qui, licet *principium generativum fidei* non sit, *medium tamen manifestativum veritatis* evadit. Quam pii Patres, *Damasceenus*, *Lactantius*, *Augustinus*, *Chrysostomus*, alii, radios quandoque simul eruditionis profanae vibrent, immo, quam spiritus divinus ipse, per media erudita, scripserit etiam erudite, et hisce se accommodare mediis, non fuerit dedignatus, in propatulo est. Scripturae Maiestas vel ex hoc profanae eruditionis famulatio, Servatoris honor *ex populi, quem non noverat, servitio elucet*, Pl. XIIX, 44. modo prudenter, et cum selectu, haec omnia fiant, raro, *sobrie et obiter*, ex *Zanchii* monito, cum non nisi ter Gentium exierit dicta Apostolus, *ne Gentilis, videaris concionari Gentilibus*. (χ) Recte *Joannes Hornbeckius*, existimat, *non semper*, inquit, *multae lectionis est argumentum, multa iactare nomina*. (ψ) Valet namque adhuc, quod *Augustino* iamdiu visum, (ω) *Philosophi*, inquit, *qui vocantur, si qua forte vera et fidei nostrae accommoda dixerint, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam, tanquam iniustis possessoribus*

---

χ Mülleri *Erquick-Stund.* nr. 265. Conf. Jac. Stolterfoht. *Praef. ad L. A. Senecam de Providentia.*

ψ *Invita* Caroli de Maets, ap. Jochium, *in vit. Theolog.* p. 242.

ω *Lib. II. de doctr. Christian.* c. 40.



bus, in usum nostrum vendicanda. Sicut enim Aegyptii non solum idola habebant, et onera gravia, quae populus Israel detestaretur, et fugeret, sed etiam vasa et ornamenta, de auro et argento, et vestem, quae populus ille, exiens de Aegypto, sibi potius, tanquam ad usum meliorem, clanculum vendicavit, non auctoritate propria, sed praecepto Dei, ipsis Aegyptiis nescienter commodantibus ea, quibus non bene utebantur: Sic doctrinae omnes gentilium, non solum simulata et superstitiosa figmenta, gravesque sarcinas, supervacanei laboris, habent, quae unusquisque nostrum, duce Christo, de societate gentilium exiens, debet abominari atque devitare; sed etiam liberales disciplinas, usui veritatis aptiores, et quaedam morum praecepta utilissima continent, deque ipso uno Deo colendo, nonnulla vera inveniuntur apud eos: quod eorum, tanquam aurum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinae providentiae, quae ubique infusa est, eruerunt, et quo perverse atque injuriose ad obsequia daemonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separat, **DEBET AB IIS AVFERRE CHRISTIANVS ADVSVM IVSTVM PRAEDICANDI EVANGELII.** Prohibeatur vero quispiam teneritudine conscientiae (ut sunt crassae alioquin fatis, in his eiusmodi vero rebus saepe subtiles animae) ut Gentilium scita allegare pro concione nolit, ideo non actum erit de reali, quo excitatur auditor, concionandi genere, cum optima in ipsis literis divinius, nec satis semper eruta, sed indies magis magisque emergentia, lateant realia. His si quis thesauris, cum Joanne Hornbeckio, profana tamen omnium minime respiciente, delectetur tantum, (α) non repugnamus, qui ipsi in

D 3

Scri-

---

α Amo magis, inquit, concionem pure divinam, i. e. de Dei verbo quae instituitur, ex eodem verbo, per quod novimus, ut per organum a Deo huic rei Sacrum, perfici conversionem et salutem, non per heterogenea, non quae in ostentationem dicit γκαμματεὺς ad turbandam devotionem saepe magis quam promovendam. vit. Caroli de Maets, ap. Jochium l. c. p. 243.



Scriptura solum illud animi pabulum invenimus, quo demum exfatiamur, fame spirituli, macieque propemodum enecti. Hic vera illa θεῶν δύναμις εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. Rom. I, 16, I. Cor. I, 18. Hic λόγια τῆς θεῶν. I. Petr. IV, 11. Hic denique κήρυγμα, ἃκ ἐν πειθοῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. I. Cor. II, 4. Scripturam Lutherus, scripturam alii Doctores, cum Müllerero imprimis, cui tamen eruditionis subsidia alia minime sordent, requirunt; *Schrift, Schrift*, ita hic fatur, *aus Gottes Hertzon in der Menschen Herten, Gottes Wort, Gottes Krafft. Wo die Schrift, da ist Gottes Geist und Finger bey. Mit der Schrift soltu immer reden, schriftmaeffig und schriftreich seyn in denen Predigten. Laß die Schrift reden, so redet Gott, und das bewegt.* (β)

*Gratia magna Dei est, cui arident scripta Lutheri.*

Haec gratia operatur per verbum, in Lutheri lucubrationibus undiquaque effulgens, a cuius consuetudine Georgius Maior, discipulus licet, suo tempore recedebat, dans ideo locum quiritandi Michaëli Emmerlingio, fuit hic Maior, inquenti, *B. Lutheri et Philippi σύγγρον* et Collega, illius etiam discipulus, postea *Adiaphoristarum antesignanus*, qui Theologiam oratorio more potius, quam ad Praeceptoris exemplum, docebat. (γ)

## IX.

Phylacterii instar Sacri signiori alias auditori erit porro si II)  
**CONCINNA APPOSITAQVE SERVETVR METHODVS,  
 ANTIQVVM, IDEMQVE SEMPER VERBVM GRATA  
 QVA-**

β *Erquick-Stund. nr. 265.*

γ *Propylaeum Histor. S. de Statu Ecclesiae Mansfeldensis, edit. Feustkingii p. 42.*



QVADAM, TACITEQVE VELVT CAPTIVANTE RA-  
TIONE, EXHIBENS. πανουργίαν κ̄ δόλον sibi tribuit Apo-  
stolus, *calliditatem et dolum, suos quo caperet Corinthios.* 2. Cor.  
XII, 16. *Bona dispositio, Carpzovius inquit, est fax perspicuita-  
tis, lux intelligentiae, brevitatis Magistra, et memoriae vita.* (δ)  
Excessum sciolorum nulla ratione probamus, *Tornevticam Sacram  
calamo sive voce postillantium, impiorum, verbum Dei corrup-  
pentium, de quibus alii, in Homileticam culinariam, sub perver-  
sa applicatione, invec̄ti, vel ipsi reiicimus.* (ε) *Concionibus,  
aptis saltim demulcendis auribus imperitae multitudinis, immo saepe  
pestiferis, quas Lutheranis mens tribuit impia* (ζ) *de-  
lectamur minime; nec Methodistis eiusmodi, qui furtivas saltim  
venditant aquas, aliis concionantur, cum illos poenitentiae non-  
dum tetigerit cura.* (η) *Non dominatur inter nos absurda, ia-  
stabunda, et plus quam Ethnica concionandi ratio, qua, misso  
nucleo, saltim corticem feramus.* (θ) *Exagitent alii, sub abusuum  
praetextu, pro ea, qua stimulantur, convitiandi libidine, Ho-  
mileticam culinarem, Pfittacos cathedrales, turgidos logodaealos,  
insulsos promissores, (ι) artefactum nostratum sermonem, arte-  
factam fidem, artefactam conversionem, totum Christianismum  
quasi artefactum, tendentem per ministerium artis ad coelum arte-  
fa-*

δ Funebr. T. IV. p. 621.

ε Lang. Barbar. P. I. p. 228. 190. 346.

ζ vid. Browerus in Antiquit. Fuldens. p. 352.

η Franck. Bericht von observat. Bibl. p. 34.

θ Auctor Praefat. ad Welleri Martyrolog. in Franckii Anmer-  
kung. p. 1146.

ι Cantzeil-Papageyen, schwülzige (non semper occurrit)  
Wort-Drechsler, laeppische Prabler, cum addito des geist-  
lichen Affenspiels, Langü Nachricht. VII. Theil. 2. ordn.  
p. 51. seq.



*factum seu imaginarium*: (κ) Non sane in eo sunt serio, ut *abusum* (quem reiicimus et nos) percenseant; ut *usum* potius ipsum ordinis, quem artificalem vocant, modesti illius ac in se liciti, quantis possunt et solent convitiis, simul proscribant. (λ) Non alia nobis nunc mens est, quam quae iam olim *Polycarpo Lysero* fuit, de quo *Paulus Fenisius*, *die neu fremde und ungewoehnliche Art zu predigen*, - - *das gestickte und gespickte, distinctionum distinctiones, partium particulas, particularum membra & scrupula &c. habe er sehr übel leiden koennen*, - - *darwieder habe er geseuffzet, geeifert, geschrien und geschrieben*. (μ) *Methodos garrulas* (*Schwaetz-Methoden*) *minime salutare sed impias* (*heillose*) *emortuos Scholae conceptus* (*todte Schul-Concepte*) tam parum et ipsi, quam, male has nobis tribuentium furorem, aestimamus. (ν) Iusto altius non evolant facile, qui conciones suas, quod *Bonaventuram Thomae* quondam *Aquinati* confessum, legimus, ex intuitu Servatoris crucifixi hauriunt, quique *Vincentium Ferrariensem*, concionatorem alias minime tumidum, imitari nolunt. Hic, ut *P. Ribadeneira* habet, in aula aliquando pro sacris rostris perorare iussus, plurimis consultis antea libris, a vulgari, suetoque sibi alias dicendi genere recedebat; multo vero minorem apud audientes, quam quondam, cum iniret gratiam, his causam eiusmodi eventus indicabat verbis: *Hodie praedicavit frater Vincentius; heri concionatus est crucifixus, et Spiritus Sanctus*. (ξ) *Nulla, ex mente Phil. a Limborch, oratio magis efficere solet quam nuda, comta vero plerumque, ut ait ille, solet esse Cynaeda*. (ο) Sicutique est *fenestrae*  
in

κ *Langii Orat. S. Praef. † 4. b. Conf. ej. Nachr. P. III. p. 11. seqq.*

λ *Derer dispositionum artificialium Gebrauch taue auch an sich selbst nichts. Langii Nachr. P. III. p. 12.*

μ *Conc. Funebr. P. Lysero hab. p. 19.*

ν *D. I. M. Langii hae imputationes sunt. vid. Freywilliger Heb-Opffer IV. Beytrag. et inde Vnsch. Nachr. A. 1715. p. 1134. seqq.*

ξ *H. Engelgr. Pantb. P. II. p. 251. b.*

ο *In Histor. Episcopii p. 124.*



in templis *pictae* lucem potius, ex *Matthesi* simili, suffocant, quam quod immittant. (ϖ) Flores effusos pro spinea Christi corona perperam venditamus. Marmorea domus pictura et tectorio, uti non eget, sic, siquidem illinatur, potius in deterius ruit. *Aere* a *Lyfippo* fusus *Alexander*, vel ipsam spirare animam videbatur; A *Nerone* vero, cum *aurea* indueretur *crusta*, vivere inauratus desit *Alexander*. (ϑ) *Omni dictione alta, et erudita, et in formam certam oratoriam fusam, omni methodo artificiosa et coacta* (ultima largimur, in antecedentibus merito dissentimus) *res suas habere iussa. populari et naturali, non tamen proletaria, sed spirituali &c. propositione efferre sua* (σ) *Dn. Pfaffius* sacrum oratorem iubet, quod nimiam perinde cum aliis putamus dictum, qui artificia vana, ac lenocinia verborum, ut fecimus hucusque semper, equidem contemnimus, methodum tamen convenientem, ordinemque solide servatum, inter media omni iure referimus, quibus obliviosis alias auditoribus nostris consuli, salubri quadam ratione, possit. *Fuse et confuse agunt omnia Fanatici: Decenter contra ac ordinate, qui iis se merito opponunt. Concionibus artificialibus prorsus se succensere minime, vel ipse asseruit Spenerus, si τανδρϑ quis δόλω sic suos capiat Auditores.* (τ) Alibi suafor est, ut, quae dicturi sumus, plene, ordineque coniiciamus in chartam, utpote quod facere etiamnum ipse minime pigretur. (υ) Nec easdem conciones *Dn. Buddeus* taxat, quibus *navet operam orator, ut secundum regulas artis hermeneuticae textum recte explicet, tum, ut distincte, perspicue, ordinate cuncta proponat, &c.* (ϕ) *Geierus*, cui

E

ve-

π I. B. *Matthesi Vita Matthesi* p. 150.

ϑ *Nitschii Myst. Simpl.* p. 81.

σ *Instit. dogmat. moral.* p. 673.

τ *Consil. Theol. P. III. c. VI. p. 213. seqq.*

υ *Er rathe, ein foermliches und völliges Concept zu machen, so er biß anhero selbst zu thun, sich nicht verdrissen lasse. Langii Barbar. P. II. p. 801.*

ϕ *Institut. Theol. moral. P. III. c. 3. J. XIV. p. 780.*



vera pietas tam cordi fuit, quam esse aliis potest, aptissimo simili loquitur rem, methodumque insigni habuit in pretio. (X) Immo, vel ipse *Dn. Langius Schematicam* vel maxime *Dispositionem* approbavit, eiusque permulta exempla dedit, Emblematis ne quidem omnibus reiectis; (ψ) alibique *peculiarem, bonamque institutionem (ad homilias habendas)* suo minime carere usu, liberaliter confessus est. (ω) Nec Patrum optimorum Homiliae, quas tamen pro innocentissimis habere saepe solemus, omnem respuebant methodum, quod *Hildebrandum* (α) alicubi observasse, meminimus. Nobis concinna, diligenter excogitata, praeviaque meditatione, citra vanam ostentationem, admissa methodus, peropportuna videtur adhuc, qua animi audientium et excitentur, memoriaeque ipsorum mirifice consulatur, quare et alii, quanto-pere profit, sobrie expenderunt, abrogandumque, in gratiam delirantium, in concionibus ordinem non esse, suis et praeceptionibus, et exemplis docuerunt abunde. (ε)

X.

X Ein Baumeister lege nicht nur den Grund wohl, sondern sinne nach, wo Treppen, Fenster, Thüren, Saele, Stuben etc. füglich anzubringen waeren: Solte denn nicht auch ein weiser Botschaffter Gottes - - - so oft er seinen Mund auffthue, dahin dencken, wie alles ehrlich und ordentlich moege auch in solchen Stücken vorgehen? *Observ. Miscell. P. VII. p. 538. seq. Conf. Z. Grapius, de Concion. Alamodicis.*

ψ *Orat. S. p. 117. 118. 121. 122.*

ω *Nachr. P. I. p. 21.*

α *De Vet. Concion. H. 2. a. b.*

ε *Msci Loescheri Conc. Fun. Lichtwero habit. 1710. p. 9. Conf. Vnsch. Nachr. A. 1711. p. 136. Mayeri geistliche Reden p. 369. seqq. Fechtius, de praecip. Orat. Eccles. in perorando virtutib. p. 8. seqq. Sculteti Innocent. Theol. Hamburg. p. 157. seq.*



X.

Phylacterio veluti ornatus sacro, quilibet prodibit auditor, si III) BIBLIA IPSI, DVRANTE CONCIONE, SEMPER ERVNT AD MANVS. Singula, quae allegantur dicta, evoluerere, nimisque adeo streperam exercere in coetu pietatem, minus equidem consultum puto, quippe quod impedimento potius, quam adiumento devotioni, confusionique audientium excitandae, magis idoneum credo: At textum, evolutis Bibliis, immo et dicta, si quae eliguntur exordialia, vel data occasione alias paullo prolixius explicantur, habere ante oculos, passibusque sic velut aequalibus persequi dicentem, hoc attentioni proficuum et salutare existimo. Semper scilicet antiquis etiam temporibus, ante concionem, portio praelegebatur scripturae, morem hunc vel ipso Servatore servante; Luc. IV, 16. sqq. conf. Act. XIII. 14. 15. ut de consensu venerandae, quae sequitur, Antiquitatis, ne dicam. (γ) Vere hoc est *attendere lectioni*, quo auditores in ipsam quasi verbum, ignotum plurimis, introducuntur, ad scrutinium domesticum excitantur, et nunquam non habere ad manū Biblia, paululum consuecunt. (δ) Magis adhuc tum requireretur haec audientium industria, si, ex voto *Speneri*, pro concione dicta ex sacris Bibliis praelegerentur, aut conciones vel nullae, vel raro tamen fuero, ut solent, artificio, haberentur, quin potius, caput vel periodus Biblica, a commate pergendo ad comma, extractis simul dogmaticis, practicisque consuetariis, *σὺν τὰ θεοῖ*, exponerentur. (modo non tum, quod metuendum, desidia explicatorum insignis, vel furor ex plebe infimorum, qui promiscue quandam sic concionandi capacitatem se habere, sibi facile persuaderent, forte etiam peiora adhuc, sic metuenda essent. ε) Multum vero valebit,

E 2 ut

γ Ferrarius l. c. L. l. c. 15. p. 65.

δ Lang. Nachricht. P. II. p. 102.

ε L. F. Felleri monumenta var. inedita, Trinestr. IV. p. 258.



ut populus, quem commendamus, mori aſveſcat, ἐπισηκωθη Ec-  
 clesiae externa, h. e. Magistratus paullo ferventior cura, qua ſu-  
 periores vel ipſi verſare in loco ſacro codicem diviniorem, & pu-  
 dori adeo vulgi intempeſtivo mederi, vel donare pauperiores li-  
 bris, compellere vero negligentiores ad inſtitutum iſthoc, inſtituat.  
*Negotium ipſum*, de his et ſimilibus *Jacobus Andreas* ait, *privatis*  
*actionibus non efficietur, niſi Magiſtratus ſuam auctoritatem interpo-*  
*ſuerit.* (§) His, contra ſomnolentiam armis inſtructus auditor,  
 inveſtivam *Chryſoſtomi* effugiet facile, *dic mihi*, inquentis, *quis*  
*hodierno die vel Propheta, vel Apoſtolus praelectus eſt? Aut quibus*  
*de rebus verba feci? Nihil habes, quod respondeas, utpote ille ſis,*  
*ad quem ſomniantem verba ſunt facta.* (η)

## XI.

REPETITIO IV) CONCIONIS Phylacterio veluti inſtruet  
 auditorem, oblivioſam alias memoriam ſubinde accuſantem.  
 Quos Academia Lipſienſis quondam habuit *Reſumptores Lectionum*  
*publicarum*, quorum in eo verſabatur induſtria, ut ſtudioſis le-  
 ctiones publicas repeterent, denuo explicarent, intimiusque  
 imprimerent; (§) Hos noſtris auditoribus, quantum poſſumus,  
 expetimus, ut eundo, redeundoque veluti, ad cor tandem appel-  
 lat verbum, quod patulis auribus fuerat exceptum. *Lacrymae*  
*auditorum*, huic fini intentus, ideo ad *Nepotianum Hieronymus*  
 ſcribit, *laudes tuae ſint.* (ι) *Sacratior eſt auditus*, alibi in illud  
 Joelis, *audite et auribus percipite*, commentatur, *quam quod in*  
*auribus reſonat;* (κ) qui vel alias, occasione illius, *Eſaiae*, I. 2. *au-*  
di

§ Fechtius, *de viſit. domeſt.* §. 24. p. 51. ſeq.

η Sermo cui titulus: *Carnis concupiſcentias ne ſeſtemur.* Conf.  
*Ferrarius* l. c. p. 69.

§ *Lehmii* *Hiſtor. Academ. Lipſienſ.* p. 78.

ι *Hieron.* T. I. OO. p. 10. C.

κ *Id.* T. VI. OO. p. 44. H.



*di coelum, et auribus percipe, terra, accommodatione utitur, terram scilicet (terrenos) auribus percipere: ast coelum (coelestes) non audire spiritualiter. (λ) Ruminantia animalia, sub divino addito temperamento, pura sunt; Levit. XI. 3. seqq. Deut. XIV. 6. seqq. Repetentibusque divinum, quo pasti sunt, alimentum, incredibilis oritur voluptas. Iuvat, si vel ipsi concionatores repetitioni, ob infirmiores, afvescant. Phil. III. 1. Spiritus sanctus mnemonicum ideo sustinet officium. Joh. XIV. 26. Immo Apostolis quoque incumberebat, τὴν ἐλεγκτικὴν διάνοιαν διεγείρειν ἐν ὑπομνήσει. 2. Pet. III. 1. 2. Jud. v. 17. Sicut enim militibus, Theologi, divinae gratiae Vindicis, verba sunt, tubicines, et remigibus celestiae animos addere solent, ita utile est fidelibus, refrigerari subinde exhortationibus, quae iam noverant ipsi, ut ad usum promptiores accedant. (μ) Nullam fidus Dei minister occasionem dimittit, qua fieri repetitio salutaris queat, domi, in via, vel in convivio quoque, quod prodigii quidem instar, mundanis futurum erat, eadem fiat. Tres, qui cibum capiunt in una mensa, et conferunt in ea verba legis, perinde est, et si comedissent de mensa ipsius Dei. (ν) Zodiaco Philo verbi Ministros, cum primis Apostolos, comparavit; Huius vero signa ut semper aliquot nostris imminent capitibus: Sic a Doctoribus suis nunquam prorsus deseruntur auditores. Referunt hi Principes vegetigalium Salomonis, anononam, ubicunque opus est, subministrantes, eandemque, si evanuerit hic, ibi, denuo repetentes, quae Richardi Mountacurii alicubi mens est. (ξ)*

λ l. c.

μ Dn. Weisius, *de Mnemon. Sp. S. officio* p. 39. it. 28. 38.

ν Ex *Pirke Abot*, Steph. le Moyne, *var. Sacr. T. II. p. 47.*

ξ *Origin. Ecclesiast. P. II. p. 122. seq.*



XII.

Phylacterii instar V.) dum habentur conciones, erit, SI IN EXAMINIBVS CATECHETICIS, CORAM POPVLO, A CATECHVMENIS SIMVL HABITARVM EO DIE CONCIONVM EXIGATVR RATIO. Ordo sic tenerioribus orationum sacrarum innotescit pueris, qui, impia molituri alias, sic verbo magis attendunt, ne aliquid elabatur, adultisque adeo hac repetitione, quibus pudorem saepe parvulorum iniiciunt profectus, consulitur simul. Grave nec ipsi Servatori erat, repetere cum discipulis, privatim sciscitantibus, conciones, Matth. XX, 17. Luc. IIX, 9. qui vel alias regiones, verbo antea foecundatas, denuo peragrabat, visurus, quum illud adhuc possideant, fructusque, hoc semine dignos, ferant. Est, manebitque semper eiusmodi catechisatio, *Hornbeckio* indice, *melioris Ecclesiae seges, et rudimentum*, nec magnos Ecclesiae Doctores, *Clementem Alexandrinum, Origenem, Nazianzenum, Didymum*, aliosque puduit, audire Catechistas. (o) *Origenes* inprimis se ipsum, quod *Morinus* alicubi exaggerat, castraverat, ut liberius, et extra omnem calumniae aleam, catechesibus cum puellis ac mulieribus vacare posset. (π) *Catechisationum*, inprimis eiusmodi, de quibus nunc loquimur, *non minor necessitas est, quam concionum, ob summam plerorumque hominum ignorantiam, cui non aliter, quam hac ratione, medela afferri potest.* (ρ) Si Superiorum prius requiramus mandatum, atque sine hoc catecheticum eiusmodi fieri exercitium non posse, arbitremur, aut alia moveamus dubia; *Richardus Baxter* talia praevidit, quoque solet, aedificandi fervore, ad singula respondit. (σ)

XIII.

o Jochii vit. Theol. p. 243.

π De Sacr. Eccles. ordination. L. III. Exercit. IX. §. 18. p. 142.

ρ Buddei Instit. Theol. moral. P. III. c. 3. §. 7. p. 777.

σ Gildas Salvianus p. 41. 45. 369. seqq.



XIII.

AVDITAS CALAMO EXCIPERE VI) CONCIONES, pro Phylacterio itidem iis erit, qui de verbo, sibi altius imprimendo, meditantur. *Ligari graphio, ceraque sermones suos*, fidem iam tum *Augustinus* facit, munusque *Notariorum* in Ecclesia primitiva, conciones scilicet excipientium, quos seculo tertio iam tum observamus, omnino probat. Septem adiuncti *Origeni*, apud *Eusebium*, feruntur eiusmodi Notarii; et *Athanasius* vel ipse *Alexandri*, Episcopi Alexandrini, ita excipiebat sermones. (τ) *Calamos, tam perspicuos, quam occultos*, suo in coetu observat *Gregorius Nazianzenus*. Ne *Chrysostomi* verba semel, audita, negligenterentur, *omni studio ea*, ut *Metaphrastes* habet, in vita *Chrysostomi*, *veloces scriptores excipiebant, et tanquam thesaurum reponebant*. (υ) *Divum Joannem, Saxonem, Annales loquentur perpetuo, quod Voigtii sermones sacros sua ipsius manu exceperit; Codicilli sane illius, quibus sacrarum concionum argumenta notavit, in Bibliotheca Gothana adhuc asservantur.* (φ) *Joannem Albertum, Principem Megapolitanum, grata semper praedicabit posteritas, quod, indice Backmeistero, conciones in templis tanta attentione audivit, ut domum reversus, praecipuos earum locos, et si quid in explicatione textus memorabile percepisset, libro ad id destinato, inscriberet.* (χ) *Martinus Crusius*

τ Hildebrand. *de vet. concion. F. 4. a. b.*

υ Ferrarius *l. c. L. II. c. 28. p. 311. seqq.*

φ Ex *Adami, Observ. Miscell. P. XVI. p. 274. Conf. qui ex Fabricio, Stybaro, aliisque, haec signatius docet. Dn. Goezium, de Reliquiis Luth. pag. 28. Et Dn. Cypriani Catalog. Codd. MSt. Biblioth. Goth. Praef. B. 4. a.*

χ *Orat. de Sim. Pauli ap. Goezium, in Elog. German, aliquot Theol. p. 39.*



*sius* ad 7000. homilias calamo, et plurimas quidem idiomate Graeco, signaverat, de quo vel ipsum apud Tubingenses Epitaphium testatur. (ψ) Immo, *Philippus II.* Dux apud Sedinenses pius, protocollum peculiare, sacris sermonibus dicatum, habebat, ubi capita insigniora notavit, quae, ut rectius excoleret, diebus Dominicis et Festis, ne prandium habebat quidem, saltim ut verbo ruminando sic rectius vacaret. Quae itidem pressit vestigia *Vrsula, Libera de Promniz*, cui margaritarum, gemmarumque instar erant, quae ex concionibus sacris, et ita saepe quidem consignaverat, ut integram concionem, quasi ipsa habuerit eam, aliis recitare valeret. (ω) Litera sic scripta manet, ne verbum vellet irrevocabile, quin potius repetitum quasi ex cera, menti tenacius infigatur, vivumque, quod semper habet, exerceat robur, postea, quam auribus ante affusum erat. Bene agitur cum Studiosis in Academia, et ubi alibi locorum sunt, siquidem ita instruantur, ut per eos sermones integri propemodum sacri calamo excipiantur, rectiusque postea ordinentur, prelo vel parati, vel aliorum usibus et repetitioni destinati. (α)

XIV.

---

ψ *Wittenii Mem. Theol. Dec. X. nr. 6, p. 1178. Conf. Caroli innocent. Wurtemberg. p. 408.*

ω *Plura eiusmodi collegit exempla W. Bergmann. in tr. mort. Hora P. 1. p. 331. seqq.*

α *Tendit huc peculiaris Instructio Inspectoris Halis in orphanotropheo, quo conciones sic calamo excipiantur, Anno 1698. datū. vid. Entwurff derer gesamten Anstalten zu Glaucha an Halle 1698. C. 4. a. b. Quae Dresdae huc dum, hoc cumpri-  
mis anno, fuerint, in hoc etiam capite acta, nostras excedit laudes.*



XIV.

Lacrymando saepius, quod anhelamus, nunc ut Phylacterium Auditorum exposcimus, verbi rectius custodiendi, quod publice explicatur, VISITATIONEM scilicet VI) DOMESTICAM, TAM ANTIQVVM OBTINENTIBVS ODIOSAM, VT HAC TEMPORVM CALAMITATE NECESSARIAM. Quam multi in templo attentiores forent, si domi adventaturum percontatorem non tam metuerent, quam expectarent? In Apostolorum alii morem inquirant, ubi multa ex usu, apud Synagogas recepto, non vero ex moribus templi, lucraturi scilicet ex hac συγκατάβασις Iudaeos, assumsissent; quandoquidem ἀνάγνωσις, respectu lectionis Pentateuchi, 1. Tim. IV. 13. ἀπολύσεις, lectiones Prophetarum, Sectiones, seu μέρη Col. II, 16. parvulos, seu νηπίους, Matth. XI. 25. idiotas porro, 1. Cor. XIV. 16. Amen etiam, et quae plura in Synagogis frequentata sunt, frequentius allegent: (β) Profundius rem non exquiram, cui nunc asseruisse sat est, templi vacare negotiis, non sufficere Pastori, quin curam etiam privatim, domique exercendam, commendatam esse vel maxime, oportere. *Speculator*, ut iudicat *Tarnovius*, *scire debet, quid quisque in suo coetu agat, et ut bonus pastor nosse oves singulas, pro quibus vigiliare tenetur.* (γ) Iniuriam interpretantur male morati, si ab oeconomio Mysteriorum, tantorum, quos sibi sumunt, spirituum non gnaro, de fidei capitibus quaeruntur, saltem, ut, quo loco eorum res sint, quaque laborent indigentia spirituali, rectius innotescat, cum iure id suo maximo pastores agant: *Sane, absurdum est, Brunnemannus potius ait, a bubulcis et opilionibus requiri exactam singularum pecudum et animalium notitiam, sed eam non requiri in pastore animarum, sanguine Christi*

F

re-

β Steph. le Moyne *Var. Sacr. P. II. p. 22. seqq.*

γ *De SS. Minister, L. II. c. 22. Qu. 2. p. 798.*



*redemptarum. (δ) Non potest melius cognoscere Ecclesiae minister (verbis Quenstedii utor) quantum in doctrina fidei perceperint auditores, et quantum in vita et moribus, Christiano homine dignis, profecerint, quam in privatis visitationibus, sive recte valentium, sive male habentium et aegrotantium. (ε)*

## XV.

Pro Phylacterio et hoc habituros esse, scio pios auditores, si **SVMMA CONCIONIS VII) HABITAE VEL HABENDAE, CVM IISDEM COMMVNICETVR.** Huic simile quoddam in pia observamus Antiquitate, ubi argumentum, non in ipso saltim concionis introitu, sed aliquando multis etiam ante diebus significabatur. (ξ) Dicitur hoc Chrysostomo alicubi *inclinare doctrinae poculum*, cum addito, *eoque crebro vobis praedicimus multis ante diebus, de quo sumus locuturi, ut his in medio diebus, sumto libro, perpensaque rei SVMMA TOTA, postea quam intellexeritis, quid dictum sit, quid restet dicendum, mentem vestram instructiorem reddatis ad audienda, quae post differuntur.* Alibi per praevenire animo, idem illud, docente amplius Ferrario, expressit. (η) Nec mirum; Mos namque vel Prophetarum ipsorum fuit, *tabulis inscribere Prophetias*, Es. XXX, 8. Hab. II, 2. et quidem, ultimo innuente in primis loco, *ut currat legens in iis*, h. e. *tam explicate, dilucide, ut non solummodo quivis praeterambulans facultatem legendi habeat, sed et quivis legens, curre-*  
re

δ *Jus Ecclesiastic. L. I. c. V. membr. II. §. 2. p. 156. vid. ibidem de visitatione domestica sigillatim p. 155. seqq. Tum vero etiam Fecht. de visitat. domest. p. 9. 14. seqq.*

ε *Ethic. Pastoral. Mon. 123. p. 705. Conf. Richard. Baxteri Gildas Salvianus p. 168. seqq.*

ξ *Bernard. Ferrarius, de Rit. Concion. L. I. c. 20. p. 82. seqq.*

η *l. c. p. 82. seq.*



re possit, i. e. expedite legere, nullibi propter scripturae difficultatem haerens. (9) Ut scilicet inter Romanos, innuente Tullio, Pontifex Maximus res singulorum annorum literis mandabat, referebatque in album, tabulamque domi proponebat, potestas ut esset populo, cognoscendi: Sic multo quoque ante scribebantur quandoque patentibus tabulis Prophetarum oracula, locoque conspicuo affigebantur, *Witfio* hunc morem amplius exponente, ut, postquam praedicata essent, legi publice a quovis possent. (i) Num ex buxo fuerint, quas memoravi, tabulae, quod LXX. visum, locum Habacuci reddentibus ita: Γράψον ὄρασιν εἰς πύξιν: Alii videant; Nobis hic nosse sat est, visionem scribi voluisse Iehovam explanate et characteribus grandibus ac usitatis, qui quemvis obvium aut praetereuntem ad lectionem quodammodo invitent, et, quae expositio *S. Schmidii* est, oculis se ultro ingerant. (κ) Columnarum aenearum, quas posuerat in porticu Salomo 1. Reg. VII, 15, 4<sup>r</sup>. 2. Reg. XXV, 17. 2. Paral. III, 15. IV, 1. 2. Jer. LII, 20. quis fuerit usus, multi perquam fuere solliciti; *Glassio* visum est, visiones suas his affixisse Prophetas, et ad eas sacra sua Sacerdotes in conspectu populi peregisse. (λ) Hoc certum est, quo conciones vel habendae, vel imprimis habitae, auditoribus omni studio imprimerentur, Prophetas omnem movisse lapidem, immo summam, quas dixi, concionum, in brevem postea coegisse epitomen, dubitare nolim. *Hülsemannus* sane, ad *Sanctium* simul, *Alstedium* et *Mornaenum* provocans, prophetias in tabula antea suspensas, postea vero in templi Archiva depositas, alicubi vel

F 2

ipse

9 Sic *Witfius* exponit, in *Miscellan. Sacr. L.I.c. 13. §. 4. p. 100.*

i *Witfius* l. §. 6. p. 101.

κ *Commentar. in Proph. minor. p. 1087.*

λ *Rhetor. S. Tr. I. cap. 13. p. 1352.* Conf. *Almeloveenius*, qui insculptam, vel, tabulis inscriptam, iis affixam fuisse legens Dei, arbitratur. *Amoenitat. p. 15 seq.*



ipse statuit. (μ) Num vero has templi valvis affixerint, ut populus habeat, quod repetat, vel iteratis vicibus perlegat, quod *Calvino, Cocceio, Heideggero, Cornelio a Lapide*, aliisque visum, de omnibus quidem Prophetis asserere nolim, cum multi in regno Israelis, cui templum non erat, alii in captivitate prorsus Babylonica, paucique tantum, Haggaeus scilicet et Malachias, instaurato vicissim templo, viverent, illique adeo templi valvis Prophetias suas affigere non possent; Promulgasse tamen easdem et suspendisse de valvis auditorii cuiusdam publici, vel Synagogae, vel aedium Prophetarum, ubi populus quandoque conveniebat perinde, 2. Reg IV, 22. 23. Ez XXXIII, 30. seqq. sacrarum literarum intelligentibus haud improbabile visum est. (ν) Verut in tabella depingere suis divina, quae pro concione exposuerant, eloquia, nec Novi Instrumenti Scriptoribus inusitatum est, quos Spiritus Sanctus, ὁ ὑπομνήσκων, Joh XIV, 26. ad hanc nobilem officii partem subinde excitabat. ὑπομνήσκειν, ἐπαναμνήσκειν, ἀναμνήσκειν, γνωρίζειν, ὑπόμνησιν λαμβάνειν, Rom. XV, 15. 1. Cor. XV, 1. 2. Tim. III, 14. Tit. III, 1. 1. Pet. I, 12. 13. ideo tanta industria Ecclesiae N. T. ministris, eorumque auditoribus inculcatur, ne verbi saepius auditi, desiderentur fructus. Sumta veluti tabella, κατ' ὀφθαλμὸς Galatis Iesus Christus prius fuerat depictus, Gal. III, 1. nec plane insolens erat Antiquitati, Gregorio in primis Nazianzeno, ex Eliae Cretensis asserto, *Pictores* appellare Episcopos, utpote qui per varios et multiplices doctrinae modos, tanquam per colores quosdam, - - - virtutem omnem - - - in discipulorum animis pingere debeant. (ξ) Venit in mentem quibusdam, de maiori populi aedificatione sollicitis Theologis (venit nuper et nobis, sed nimio, quod domina-

μ *Commentar. in Jerem. Proleg. Cap. III. §. 2. p. 10.*

ν *Dn. Carpzovius, de Ecclesiae Iudaicae Prophetis §. 15. p. 49.*

ξ *Commentar. ad I. Gregor. Nazianz. orat. et inde Ferrarius l. 6. L. II. c. 1. p. 164.*



minatur, nauseantium frigore impeditis) Summam concionis, vel typis plane exscriptam, communicare cum populo, quod Hamburgi et quondam evenisse testatur, suaque denuo industria vel ipso hoc anno probat Theologus, cui *Sol Clypeusque Deus*; Placebit Deo, memori, quam praestamus, qua saltem possumus ratione, fides, ac πολυμερῶς ἢ πολυτρόπως exhibita industria, si vel centies non obtineamus ubique, quod tamen, maximi laboris, virium, immo vel ipsius saepe vitae impendio, anxie anhelamus.

## XVI.

SOCIETAS IIX) SOBRIE INTER SE PIEQUE CONFERENCEIIVM phylacteriis amplius ligabit auditores, ut haereat firmitus, quod apud alios perfacile evanescit, verbum. Conciliabula Fanaticorum, qui suis turgent periculosis falsisque opinionibus, tumultuarie, data cuivis idiotae interpretandi facultate, immo cum contemptu cultus publici ac Ministerii coacta, haec, inquam, non columbarum diverticula, sed vulpium, inimicarum Christi vineae, latibula, nemo existimet hic commendari; sed potius conventus laudari, sciat, ubi, moderante potissimum Ministro, vel gnaro alias scripturae Patre familias, ea, quae audivimus in templo, repetimus, supplemus, amplius indagamus, et, qua ratione pia omnia praxi exprimenda sint, coniunctis viribus dispicimus et laboramus. Non laudamus, ubi quondam populus vel cum concionante adhuc quasi publice conferebat, factaque acclamatione, modo, intellexisse se, quae dixerat orator, faciebat testatum, quo de plura apud *Augustinum* loca prostant; (o) Modo plausum, ob praeclare di-

F 3

cta

---

o Augustin. *Sermon. LXIII. de verbis Domini in Evangelium Jo-*  
*hannis*, it. *Serm. XIII. de verb. Domini in Evang. Matth.*  
*Conf. Serm. XLII. XLV.*



ta ciebant: (π) *Chrysoſtomus* namque ipſe hunc vehementer improbabat, ut *laudantium tumultum*, pro quo nullam, maiorem vero pro ſilentio ſuis ſit habiturus gratiam, quandoquidem *Eccleſia non ſit theatrum*, (ε) multique ad ea, quae plane non capiebant, plaudere ſolerent, ex *Auguſtini* querela: *Quomodo exultatis omnes? Nihil dixeram, nihil expoſueram, verſum pronunciaſti, et exclamaſti?* (σ) Proficuum hic et ſalutare eſt, *deſcendere*, cum *Propheta*, in domos, *Jer. XXXIII, 1. 2.* ex more *Nathanis* etiam, *Eliae*, *Ioannis Baptiſtae*, *Servatoris optimi*, ac *Apoſtolorum*, qui κατ' οἶκον diligentiffime praedicantes, itaque conferendo ſaepius, ſingularum quoque habebant curam. (τ) *Calor*, ex vera fide enatus, congregat homogenea; ubique in *Eccleſia Apoſtolica* fratres inveniunt fratres, ibi alter alteri adhaeret, ſubitoque in ſocietatem coaleſcunt, ut *Paulus* adeo paſſim de *Εκκληſία*, ἢ κατ' οἶκον, perſcribere ad ſuos queat. *Rom. XVI, 5.* ad *Phil. v. 2.* *Col. IV, 15.* *Eſt haec*, commentante *Estio*, *fidelium multitudo*, non qualiscunque, ſed ſic ordinata, ut in ea alius praefit, alii ſubiecti ſint, idque etiam aliquo modo in his, quae ad religionem et ſalutem animarum ſpectant. (υ) Quanto eum ſtudio hos urſerit conferentium conventus *Richardus Baxterus*, quamque ſic propriam tranquillaverit con-

ſcien-

---

π *Chryſoſtom. Homil. XXX. ad Acta Apoſt. Homil. I. in Genes. Auguſtin. Serm. V. de verb. Domini in Matth. Serm. XIX. de verb. Apoſtel. Serm. XLV. de tempore. Hieron. Ep. II. ad Nepot. it. Ep. LXXV. Iſidorus Peluſiota L. III. Ep. 343. et 382. Heſychius, Serm. I. de laud. virg. Mariae.*

ε *Homil. XVII. in Matth. Conc. II. de Lazar. Homil. II. ad popul. Antiochen.*

σ *Expoſit. ad Pſalm CXLVII.*

τ *2. Sam. XII, 1. ſeqq. 1. Reg. XIII, 18. ſeqq. Matth. XIV, 4. Joh. XI, 23. ſeqq. Luc. X, 39. Act. XX, 20. 1. Theſſ. II, 4.*

υ *Comment. ad Coloſſ. IV, 15.*



scientiam, ut regna mundi nil aestimaverit contra, cum duos, per septimanam, dies huic tribueret collationi, iisque quindecim semper absolveret familias, verbis ipse depraedicare satis non potest. (Φ) *Edere de mensa ipsius Dei*, antiquis dicebantur Iudaeis tres, cibum capientes in mensa, *si conferebant in ea verba Legis.* (χ) Quo maior vero Diaboli furor est, ut, quae in se sunt apprime salutaria, haec suo maxime stercore conspergat; hoc insignior in his quoque adhibenda est cautio, ne haec ἐν τῇ σκοτία καὶ εἰς τὸ ἄσπετος, privata collatione dicta, Matth. X, 27. maximo Ecclesiae offendiculo fiant, quod usu venit quibusdam Ecclesiae nostrae Doctoribus, innocentibus in se, et aedificationi, stimulante conscientia, in eiusmodi conventibus intentis, adeo, ut *instituti eos postea poenituerit, pigueritque semper, quandoquidem nonnullos, in hoc incepto latibulum suae iniquitatis sibi comparatum, existimasse, Sataeque fenestras fuisse apertas, ingenue fatentur.* [Ψ]

## XVII.

QVAEVIS IN CONCIONE IX] SCANDALOSA ABSINT, siquidem Phylacteria sacra tuis aptare auditoribus intendas. Omnia quippe in oratore sacro, quod ille demum cunque agit, non sola labia, concionantur. [ω] Omnes hic abesse iubentur facetiae, ridicu-

Φ Gildas Salvian. p. 31. 33. 36. seq.

χ Ex Pirke Abot, St. le Moynel. c. p. 47.

Ψ Mayeri Museum P. IV. c. 2. p. 1113. 1115. 1123.

ω Alles, was ein Prediger thut, ist eine Art des predigens. Wenn ihr nun ein unbeilug und sorgloses Leben führet, so prediget ihr, indem ihr eine Predigt vor eurem Volcke haltet. Denn wenn ihr sauffet, spielet, oder eure Zeit sonst in unnöthigen Reden zubringet, so ist es eben so gut gethan, als wenn ihr ihnen vorbetheret. Baxter. l. c. p. 128.



dicula, nugae, *μωρολογία* et iocosa, Satyrae, rudes invectivae, iniuriae, ac obscœna; Impuris hisce foetibus, si qua subnascantur in corde, dentium minimum labiorumque repagula obiicienda sunt. Vigilantibus sic serere zizania, plus quam diabolicum est. Matth. XIII, 25. *Haec una hodie*, Dannhauerus quiritatur, *fundi nostri calamitas est, quod pleraque sine Spiritu S. in sacris literis sonoro, suscipiuntur, ex consuetudine potius officii, quam moderamine tam sapienti.* (α) Divinus et hac in parte divus noster *Lutherus* erat, de quo, cum Anno 1522. ex Patmo Isenacensi rediens, singulis diebus contra Carolostadium, Prophetas coelestes ac Anabaptistas, concionaretur, *Marcus Elsterbergius* vero, horum, quos nominavi, erronum, antesignanus, quid de his sermonibus sentiret, sententiam rogaretur, ita iudicium tulit: *Visum sibi esse non aliter, ac si non hominis, sed Angeli vocem inaudiret;* (β) Non abnunte alio tempore vel ipso *Melanchthone*, qui de concione Lutheri, die Parasceves in verba: *Con dona iis, Pater etc.* habita, ad amicum Norinbergensem perscribebat, rem ita egisse Lutherum, ac si Deus ipse dixisset e suggesto; nil velle se magis, quam ut, ad quem literas dabat, amicus, praesens tum adfuerit auditor. (γ) Audiente Duce *Georgio*, aliquando de praedestinatione et fide, tanto spiritu concionabatur, ut *Barbara von der Sabla*, ex Gynaeceo Principis praecipua, dum *Georgius*, quomodo placuerit ipsi concio? percontaretur, reponderet intrepide, *multo se morituram tranquillius, modo daretur sibi, unam adhuc huius generis audire concionem.* (δ) Gratia Dei insignis est, siquidem Pastoris verba adhuc auditorum occupant animos, eoque, quo volebant, flectunt, ne conqueri cum Servatore, necessum habeant, *ὁ λόγος ὁ ἐμὸς εἰ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.* Joh. II, 37. Hoc magis vero cavendum est, ne abutamur hac  
ver-

α Theol. Conscient. T. I. p. 271.

β Camerarii vit. Melanchth. ad A. 1521.

γ Epist. Melanchth. ad Laur. Mollerum, T. V. p. 454.

δ Fabricii Origin. Saxon. L. VII. p. 859.



verbi nostri potentia, populumque, maris saepe ad instar, alias impetuofum, procellarum more, reddamus adhuc impetuosiore. *Σώφρονα* hic decet esse Episcopum 1. Tim. III, 2. affectuumque regiminis probe gnarum, ne zelus, qui gratiae et spiritus effectus est, 2. Paral. XXIV, 20. in naturalem degeneret impetum, Luc. IX, 55. aut exercitium turpissimae libidinis. Matth. XXIII, 15. Act. XXIII, 12. seqq. *Cum primis*, Theologi hic rerum providi monent, *magna prudentia et cautione opus est, si delicta redarguenda sint, quibus Pastor ipse laesus est. Facillime enim in suspicionem tum deduci potest, ac si non gloriam Dei et salutem illorum, quos reprehendit, sed proprium commodum pro scopo habeat. Hanc ergo, ut evitet suspicionem, si dissimulare, quae facta sunt, non liceat, modestissime in eo negotio versandum, ne aut avarus, aut ambitiosus, vel vindictae cupidus videatur, iuxta monitum Apostoli: ἀπὸ πάντος εἶδος πονηρῶν ἀπέχεσθε.* 1. Thess. V, 22. (6) Multum omnino praestat, sincera pro concione mente loqui, ut, quod proficiscitur e corde, corda vicissim intret. (7) *Caroli de Maets*, testante *Hornbeckio*, haec concionandi ratio erat, ut incertum esset, *commoveretne sermonis pondere magis, an suis, quae dicunt, πᾶθει*: Ita nunquam adficere auditorum animos voluit, nisi eam vim prius animo sensisset. (8)

G

Arde-

6 Dn. Buddei *Instit. Theol. mor. P. III. c. 3. §. 45. p. 794. Reprehensionem in cathedra Ecclesiastica sine gratia, amore, mansuetudine etc. alii fragori comparant, explosa bomba, ubi pulvis quidem pyrius, sed sine pila plumbea, sonet. Scriber. Seelen-Schatz P. III. Conc. IV. Idem simile Bellarmini est, de Ascens. in Deum, Grad. IV. p. 128. seqq.*

7 Vid. *Mülleri Erquickstund. nr. 157. sub Tit. Von Herzen zu Herzen.*

8 *Ioehii vit. Theol. p. 242.*



*Ardeat orator, si vult accendere plebem.*

Pectus est, *Tullio* innuente, quod facit disertos. *Ardeat* *Ioannes* primum, tum vero etiam *lucet*. *Joh. V, 35.* *Si vis, me flere,* *Venusini* vatis consilium est, *dolendum est primum ipsi tibi.* (9) *Flet* *Maximus* *Servator*, dum flere apud auditores intendit. *Luc. XIX, 42.* *Joh. XI, 35.* Ex calore *Prophetae*, emortuus *Sunamitis* postea incalescit puer, ut *Jo. Scheffeld* hic belle loquitur (1) modo haec non eo usque extendantur, ut concionatori, verbo Dei instructo, sed amore pio non adeo flagranti, omnis incendi vis abiudicetur: Frigeat speculum causticum, modo solares reddat fideliter radios, flammam suscitabit perinde; quamvis votis serio omnibus expetimus, ut ne ullum quidem eiusmodi docentis exemplum amplius inveniatur.

## XVIII.

NON MINOR X) PRO CONCIONE, QVAM PRO CATHEDRA ACADEMICA, ADHIBITA ACCVRATIO Phylacterium quasi erit auditori, ut magna imbibat attentione doctrinae capita, contra dissentientes varios diligenter custodienda. Vna dominatur utrobique veritas, nec suspensionem evitabimus doctrinae non satis solidae, sicubi celare eam, aut aliter inflectere coram populo, velimus. Grande periculum, ex *Hieronymi* sententia est, in Ecclesia loqui, ubi, monente amplius *Urbano* *Regio*, acerrima est adhibenda diligentia, ut quam ordinatissime proferamus omnia, prospiciamusque sedulo, ne opinando, pro concione accurate admodum loquendum non esse, vel rusticos et artifices, ut irrumpant ad officium praedicandi, hac  
no-

---

9 Plura ap. *Quenst. in Ethic. Pastoral. Monit LXXX. p. 487. seq.*  
1 In der vesten Burg eines guten Gewissens p. 683. *Conf. Dn. Nitschii Myst. fervid. p. 130. 146. seq.*



nostra oscitantia excitemus. (κ) *Eckii* hoc, vieti in colloquio Lipsiensi, contra *Carolo stadium* effugium erat, de rebus Theologicis aliter pro concione, aliter pro cathedra esse loquendum, quem vero dignis ideo argumentis *Carolo stadium* excepit. (λ) *Conciones* antiquis iam tum temporibus appellitatas esse *disputationes*, propterea, quod et in iis doctrinae redderent rationem, exploderentque pravas Haereticorum opiniones, *Bernard. Ferrarius* prolixius ostendit, (μ) a quo licet *Jo. Georg. Graevius*, V. C. erudite dissentit, hancque opinionem pro labecula, *Ferrarii* libro asperfa, habeat, quandoquidem antiquis *disputatio* nil fuerit aliud, quam *dissertatio, sermo, oratio, διατριβή, ὁμιλία, περίωατος*; (ν) Non tamen nostrae ideo refragatur sententiae, multo minus quibusdam Patribus, *Hieronymo* ac *Chrysofostomo* applaudit, qui, ut vidimus supra, *declamatorie* quandoque, non semper *vere* loquebantur. Parum lucratur, dum se defendit, *Molinofus*, illud anxie imprimis appetens, ne libri *sui morales* examinentur *ad rigorem phraseos Scholasticae*; Provocet ad *Martinezium de Ripalda*, cui *concio exornatoria* a *disputatione Theologica*, itudiose distinguitur; (ξ) labili innititur fundamento, cum ab eiusmodi factis parum tuto concludamus ad ius. Vulnere sic saepe tegimus Patrum, ante certamina securius paullo loquentium, sicubi in aliis viae regiae institerint. (ο) Vrsisse hoc discrimen huc dum nonnullos, qui dissident a nostris, evidentius est, quam ut nuper a Theologo, ad-

G 2

mix-

κ Vrb. Regius, *de form. caute loqv. Praef. p. 2. 11.*

λ Tr. *verba Dei, quanto candore praedicari debeant, Witteb. Anno 1520.*

μ l. c. L. I. c. 3. p. 15. seqq.

ν Praef. *ad Ferrar. de Rit. Conc. Vet. \* 4. seq.*

ξ Conf. *Mayeri dissert. select. p. 367. seq.*

ο Vid. *Vnsch. Nachr. Anno 1709. p. 254.*



mixtis criminationibus ( $\pi$ ) vocari in dubium debuisset; Doctor sane, cuius ille omnia tuetur dogmata, non saltim ipse expresse scribit: *Es ist eine Vnbilligkeit, daß sie, sonderlich in Predigten, die zum Druck erstlich nicht gemeint gewesen, eine solche ακριβεια, und genaue Beobachtung aller Worte erfodern, welche etwa in solchen Schrifften, da man accurat alles zu fassen verbunden ist, - - erfodert werden könne*; immo in sequentibus Mayeri se tueri exemplo, intendit: sed vel ipse defensor haec ipsissima verba alibi, sui haud dubie oblitus, expresse allegat. ( $\rho$ ) Fratribus interea, quorum frequentius Apologetam agit, iisque saepe immodestis, dicat, quod, veritate compulsus, libere edisserit: *Die acroamatiscbe, oder genuere Lehr-Art geböret sowohl zu den scriptis asceticis, als theticis; zum wenigsten muß es doch jenen, wenn sie rechter Art seyn, daran durchaus nicht fehlen.* ( $\sigma$ ) Mitius tractari poterat: proinde Theologus Dresdensis celeberrimus, per eiusmodi allatratus ignobiles indies magis magisque nobilitatus, cuius, quae in *Timotheo Verino* prostant, asserta, adhuc immota durant. *Populum occupare dogmatibus in suggesto, quorum coram eruditis in cathedra ne quidem meminisse audent, hoc illud est, quod saepe intendunt praeposteri Moralistae, in durius errantium sic castra, vel minime opinantes, delati, quorum unus, Furieus, nunc dicat sententiam, arbitratus, siquidem cum fructu concionari, pietatemque urgere serio velimus, more Pelagianorum loquendum esse.* ( $\tau$ )

## XIX.

---

$\pi$  Dn. Langio, in *Erlaeuterung der neuesten Historien* p. 204. *Spenero und andern sey es niemahls in den Sinn kommen, es sey in der paraenetischen Lehrart mancher Satz zuzulassen, der in der acroamitischen Probe nicht leichtlich befunden werde.*

$\rho$  Dn. Langius *l. c.* Vorbericht p. 56.

$\sigma$  *Id. l. c.* p. 203.

$\tau$  Dn. Loescheri *Timoth. Verin. P. I. p. 34. seq.*



XIX.

DISCIPLINA IN LOCIS SACRIS XI) PAVLLO SE-  
 VERIOR, MAIORQVE, QVAM OBSERVATVR SAEPE,  
 TRANQVILLITAS, pro Phylacterio auditoribus, verbi cupidis,  
 foret, ut et audire promptius, et postea excolere audita feliciter pos-  
 sent. Gentilibus multi deteriores sunt, quibus adeo divina elo-  
 quia sordent, ut dormiendo, confabulando, inciviliter discur-  
 rendo, ruspando κ. τ. λ. non ipsi saltim divinam, quae depluit,  
 undam, repudient, sed insuper et alios simul his coeli deliciis  
 privent, eiurataeque religionis propemodum omnis indicia dent  
 luculentissima. *Silentium acre et intentum, et cupidum, ulteriora  
 audiendi, vel ipsi Gentiles flagitant Oratores: (v) Et pii Patres,  
 cum Augustino (ϕ) tanta sollicitudine observandum esse verbum,  
 memorant, quantam adhibere in coena solemus, ne quid in ter-  
 ram nostra negligentia cadat. Qui in Ecclesia ineptis, et incon-  
 gruis fabulis occupatur, Caesarius Arelatensis inquit, quasi vene-  
 num et gladium reliquis hominibus ingerere vel praebere cognoscitur;  
 Dum verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. (χ)  
 Idem Caesarius Arelatensis quandoque, cum strepitu abeuntes au-  
 ditores, revocavit vel ipse, ne animae, ut aiebat, eorum Satanae  
 iugulentur mucrone. (ψ) Ante fores ideo subsistere cogebantur  
 pauperes, ne eleemosynam flagitando, strepitum fortasse con-  
 citent; ne dicam de aliqua prorsus excommunicatione, quam  
 egredientibus de auditorio, Sacerdote adhuc faciente verba,  
 Concilium Carthaginense IV. minitatur. (ω)*

v Plin. Epist. X. Lib. II.

ϕ Homil. XXVI. Libri L. Homil.

χ Homil. XXXIV.

ψ Cyprian. vit. Caesar. Arelat. cap. XII.

ω Canon. XXIV.



XX.

PARENTVM INPRIMIS XII) ET PATRVN FAMILIAS DOMI ADHIBITA CVRA, REPETITIO, INCVLATIO, ADMONITIO ET DISCIPLINA efficere omnino posset, ut verbum haereat tenacius, iique, qui ferae (ne Furias dicam) alias demesticae sunt, his applicatis Phylacteriis, veluti cicurentur. Instar *Jonathanis* prosternit saepe hostes fidus verbi minister; At nisi, qui domi moderantur, *Armigeri* illius animum sumant, *iugulentque post illum*, 1. Sam. XIV, 13. prostrati, resumtis viribus, facile reviviscunt. Rectissime hic *Spenerus*: *Daß es auch meistentheils an denen Haupt-Personen, nemlich denen Haus-Vaetern, und Haus-Müttern, in ieglichen Haus gelegen sey, wieviel oder wenig (per verbum praedicatum) ausgerichtet werde, ist gewiß, und desßwegen die Pflicht, die ihnen obliegt, solchen Leuten treulich und ernstlich einzuschärffen.* (α) Praegnantius adhuc exquisitissimus noster *Lutherus*: *Vater und Mutter, inquit, seyn in ihren Häusern Bischoff, Pabst, Doctores, Käyser, Fürsten und Herrn. Darum soll ein Vater sein Kind wie ein Richter straffen, lehren wie ein Doctor, ihm vorpredigen, wie ein Pfarrer oder Bischoff. Thut nun ein Vater solches, so kan er vor Gott bestehen: Thut ers nicht, so wird er von Gott seinen Lohn wohl bekommen zu seiner Zeit. Denn Vater und Mutter können daß Himmelreich verdienen an ibren Kindern, also wiederum mögen die Eltern nicht leichter die Hölle verdienen, denn an ibren eigenen Kindern, in ibrem eigenen Hause, wo sie dieselbe versäumen, und nicht lehren die Dinge, wie gesagt ist.* (β) *Subnata vel hinc Phylacteria Iudaica sunt, quod Deus, licet ratione minime tam crassa, Patres familias iusserat, verba acute ingerere filiis, alligare in signum manui, habere pro*  
fron-

α *Theolog. Bedenck. P. I. art. III. Sect. 15. p. 679.*

β *Luth. T. IV. Jenens. f. 524.*



frontali inter oculos, postibus denique domus, portisque inscribere.  
Deut. VI, 6. seqq. Eph. VI, 4. Col. III, 16. 1. Theff. V, 14. (γ)

## XXI.

PERSPICUITAS ORATORIS SACRI, SED EIVSMODI  
TAMEN XIII) QVAE NON SEMPER RECOQVIT ANTI-  
QVA, AC DVDVM CVM NAVSEA APPOSITA, Phylacterii  
obtinere vicem, quo somnolentiam sibi excutit auditor. Gaudet hic  
namque, si tam nota ac pervia loquitur orator, ut dicere possit, *Amen.*  
1. Cor. XIV, 16. Fuerit, ut in Ecclesia prima aliquid lingua, non satis  
omnibus nota, interdum pronunciaretur; aderant, teste *Epiphonio*,  
ἐρμηνευτὰ γλώσσης εἰς γλώσσαν, ἢ ἐν ἑαῖς ἀναγνώσεσιν, ἢ ἐν ἑαῖς ὁμι-  
λίαις, qui scilicet lectiones verterent et sermones, (δ) ut λόγος ille  
εὐσημεῖ evaderet, nec εἰς ἀέρα λαλῶντες 1. Cor. XIV, 9. fateri,  
cum *Ovidio*, exulante in Ponto, cogerentur:

*Barbarus hic ego sum, qui intelligor ulli.*

Adhibuerint pro concione Antiqui hanc saepius loquendi ratio-  
nem: Τῶ τοῖς ασι μευσημένοι, hoc norunt initiati: Non sectaban-  
tur isthoc instituto obscuritatem, quin potius, pro consuetudine  
vigentis tum *Disciplinae Arcani*, coram Catechumenis occultabant  
nota adultioribus Mysteria, ne scilicet deriderentur, maius potius  
in tenerioribus excitaretur desiderium et ardor, eaque a rebus vul-  
garibus hoc insignius discernerentur. (ε) Haec Lutheri praecipua  
cura

---

γ Conf. Haus-Kirchen-Ordnung, wie ein Hausvater mit seinen  
Kindern und Gesinde das Wort Gottes und das Gebet in sei-  
nem Hause üben und ihnen mit guten Exempeln vorleuchten  
soll. Halis A. 1699.

δ Chemnitii Exam. C. T. P. II. p. 322. Casaubon. Exercit. ad Ba-  
ron. IX. Ann. XVI. Num. IIX. p. 162. seqq.

ε Ferrarius l. c. p. 230. seqq. Hildebrand. l. c. H. 4. a. b.



cura erat, ut a vulgo bene intelligeretur. *Wenn ich auf die Canzel komme, inquiebat, so dencke ich nur denen Knechten und Maegden zu predigen, um D. Jonas oder Philippo, oder um der gantzen Vni-versitaet willen, wolte ich nicht einmahl aufftreten &c.* Et alibi ad *Erasmmum Alberum: Wenn ich in meinen Predigten solte Philippum Melachthonem und andere Doctores ansehen, so machte ich nichts gutes, sondern ich predige auffs einfaeltigste den Vngelehrten, und es gefaellt allen. Kan ich denn Griechisch, Ebreisch und Lateinisch, das spare ich, wenn wir Gelehrten zusammen kommen, da machen wir es so krause, daß sich unser Herr darüber verwundert.* (§) Bene haec omnia, quibus tamen eo non adigitur concionator, ut, sub praetextu perspicuitatis, facilitatisque, nullam concionibus impendere operam, quin potius cursum aliquem sibi aptare homileticum instituat, quo semel absoluto, inchoare eum denuo, et hac adeo ratione, quousque vivit, cum antiquis sibi conceptis formulis, postillare per civitatem vel pagum, ubi vivit, secure velit. Absit: Indigentiam sui qui pensitat auditorii, scommata etiam qui norit auditorum, paullo quandoque nasutiorum, quibus perstringitur, saepius coctam si subinde apponit iterum crambem; Immo, cui nunquam exhaustivae innotescunt Scripturae divitiae, qui que insuper in lectione assiduus est, huic religioni erit maximae, calendarium sibi quasi Homileticum conficere semel, quod repetat quotannis, psittaco, graculoque, ex iudicio *Lutheri*, quam concionatori conscientioso, similior. (η) *Brunnemanni* hic audiatur invektiva: *Illud experientia omnium temporum docuit, non omnes Pastores eum sibi scopum praefecisse, ut populum in cognitione Dei et pietatis studio serio informarent; unde fit, ut parum proficiant eorum conciones; semel habitas homilias multoties repetant, ut nimis frigidi sint ac discreti, qui magis Ecclesiae Christi nocent, quam manifesto impii. Nam si quando impius pastor variis vitiis se polluit,*  
hunc

---

(§) *Conrad. Portae Pastoral, Lutheri* p. 71. 72.

η *Porta l. c. p. 53.*



*hunc omnes pro impio habent, et superiores facile illum submovere a suo officio possunt. Sed discreti, frigidi, et ex concionibus opus operatum facientes, multas animas secum in gehennam trahunt. (9)*

## XXII.

Ceu Phylacterio denique sacro tepidus alias excitabitur auditor, SI XIV) SVO QVEMLIBET PASTOREM DIE, IN SVGGESTO INVENIET, PROGREDIENTEM, GRATA, SIBIQVE PROFICVA, QVA COEPIT, METHODO, ABSOLVENTEM ETIAM, QVEM VRGET, CVRSVM, SVAS QVE PARTES PER VICARIVM MVLTOTIES MINIME AGENTEM. Friget auditoris saepe studium, ubi frigere dicentis observat industriam; Leve reputat negligere concionem audiendo, quam alii tam saepe negligunt habendo. Necessitati, cui aequae paremus omnes, hic nulla ponitur lex; Alias vero illius meminimus divini, Ier. XLIX, 10. Vices Antiocheni Episcopi quandoque *Chrysofostomus*; Valerii, Episcopi Hipponensis, *Augustinus* agebat, de quo *Palladius* in illius, *Possidius* vero in huius vita testantur. Per *Notarium* quoque, ex *Gregorii M.* testimonio, dictatam expositionem recitabant, (ι) Diaconis itidem, ex canone II. Concilii Vasensis II. siquidem infirmus Presbyter *per se ipsum praedicare non potuerit*, in auxilium vocatis. *Cyryllum*, Alexandriae Ecclesiae Episcopum, *homilias composuisse plurimas, quae ad declamandum a Graeciae Episcopis memoriae commendarentur*, *Gennadius* observat, (κ) qui et de *Salviano*, Massiliensis Ecclesiae Presbytero, memoriae prodidit, *homilias eum Episcopis (quamvis et alii legant, ad Episcopos) fecisse multas.* (λ) Communio haec

H dice-

θ De Iure Ecclesiast. L. II. c. 1. Membr. 1. §. 12. p. 293.

ι Gregorius M. Prolog. ad. Libr. XL. Homil. in Evangel. Ioann. Diaconus, in vit. Gregor. L. II. c. 18.

κ De Viris illustr. c. LVII. p. 27. Edit. Fabric.

λ Ibid. cap. LXVII. p. 32.



dicebatur quondam peregrina, cum ex singulari affectu, Clerico, in aliam Dioecesin peregrinanti, Episcopus ius Sacra obeundi, daret, quod Polycarpo, apud Romanos factum, ex H. Valesii versione, memorat Eusebius. (μ) Frequentius vero illud, cum fieret, quod Paulus Samosatenus concessit, qui Episcopos quoque vicinos, una cum Presbyteris, assentatores, submisit, ut coram populo pro fastu, quo turgebat plane, eum eveherent; aegerime illud cordatiores Ministri quivis tulerunt (ν) Nobilius est tot animarum depositum, quam quod, citra urgentem necessitatem, secure aliis committamus, dum maxime illius non a peregrinis, sed a nobis, exigetur aliquando ratio. Longius proinde a se abesse cupit fidus verbi minister, ut iure in hoc capite a Brunnemanno defidiae postuletur, cuius causa procul dubio redditurus sit aliquando DEO rationem. (ξ)

### XXIII.

Desino, FRATRES IN DOMINO AESTVMATISSIMI, CONIVNCTISSIMI QVE, receptuique anxie huc dum cogitatis denique cano, certissime persuasus, idem et vos hactenus saepe mecum voluisse saxum, coetibusque, quem tot vestrae pro sacris

---

μ L.V.H.E.c. XXIV. p. 193. Haec ita, si H. Valesium, emendantem Christophorsonum, audimus, quandoquidem, Ἀνικητὸς Πολυκάρω τὴν εὐχαριστίαν παρεχώρησε, vertit: Anicetus consecrandi munus Polycarpo concessit. Magno cum elogio, paulisper a Valesio abijt Steph. le Moyne, de iure potius, Eucharistiam accipiendi, quod perinde, cum Polycarpus per omnia cum Aniceto non consentiret, peculiare quippiam fuisset, textum Graecum interpretatus. Var. Sacr. Praef.\* 7. 2. a. b.

ν Euseb. L. VII. H. E. c. 30. p. 281.

ξ Ius Eccles. L. II. c. I. Membr. I. §. 6. p. 290.



cris rostris habitae orationes flectere satis non potuere, toto pectore indoluisse. Pergamus saltim, et quod nostrarum est partium, intrepidi perficiamus. Est Numen, quod suae invigilat Ecclesiae, occultis saepe passibus, miranda ponens vestigia, praemiaque aliquando, pro fidei nostrae integritate, non vero pro fructuum ubertate, dispensaturum. Aliquid moliamur saltim, et monstris, si domari plane non possint, nostra hac innocentia pudorem, metum etiam quandoque et reverentiam aliqualem, certo incutiemus. Evocamur denuo ad nobilem concionandi provinciam, exemplo Sospitatoris Maximi et Apostolorum, quorum διδάσκειν, & κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσιν Matth. XI, 1. Marc. XII, 6. Luc. IX, 6. initium erit Concionum, quas Circulares vocant, quasque hac scriptione mea Vobis, pro more, significo, et suum, quod verset diligenter pensum, peramanter cuique admetior. Qviritetur, qui ominoso nominis indicio Bella, Arma, Minas spirat, quemque tyrannidis Pontificiae Atlantem alicubi Casaubonus vocat, (o) Robertus Bellarminus: *Multi sunt hodie, ac semper fuerunt in Ecclesia verbi DEI Praedicatores, sed quae causa est, cur ad tot virorum exhortationes et clamores, tam pauci convertuntur? Certe, in magnis urbibus, quotidie per quadragesimam, viginti ac triginta, aut etiam quadraginta Oratores declamant, (forsan, uti tum ieiunant, ita etiam declamant) et tamen, exacta Quadragesima, nulla fere mutatio in moribus civitatis apparet. Eadem vitia, eadem peccata, eadem frigiditas, eadem dissolutio cernitur. Ego nullam invenio causam; nisi quia ut plurimum conciones eruditae et elegantes (de harum abundantia apud Pontificios, si in primis Krausianas conferas, perraro intelligentium querelae sunt) et floridae fundantur, sed deest anima, deest vita, deest ignis; Breviter, magna illa charitas (verbi ergo, fideique partes hic nullae sunt) quae SOLA potest verba dicentium animare et accendere, et corda audientium inflammare et commutare.* (π) Aliter Vos, FRATRES, animatos scio,

H 2

qui

o Dn. Wolffii Casaubonian. p. 31.

π De Ascens. in Deum. Grad. IV, p. 128. seqq.



qui pro captu Auditorum dicendum, atque cum balbutientibus vel etiam quandoque balbutiendum esse, et didicistis diu, et praxi itidem frequentiori expressistis. Charitas, pura illa vel maxime, non animat verbum, cum fidei matris, prognatae ex verbo, demum filia sit; Neptem vero animasse aviam, vel matrem, quis sanus sobriusque dixerit? Comes illa est verbi, sincere praedicati, utpote scintilla divinitus itidem excitata, audientibusque commodum est et opportunum, stipatam sic amore Doctoris praedicationem, patulis auribus cordibusque haurire. Multoties itaque habere conciones, neminem inter nos pigeat, qui, si vel per aliquot annos ager confitus negaverit fruges, serere tamen denuo solemus. Dedit quibusdam Deus hoc, peculiaris instar talenti, ut, repetitis concionari vicibus, non admodum evenerit grave, immo creberrime pro rostris erudire populum, iis et vita fuerit et voluptas. *Praedicatorum Pontificii nomen, antiquo illo, dudumq; frigescente scommate, deludant; propria sane et sic vineta caedunt, quandoquidem Scriptores non ultimae apud eosdem caveae, modo Io. Falconem, Iesuitam, memorant, qui uno die, vel in pagos, solo pane et caseo ad victum instructus, excurrens, sex, septemve; modo Petrum Cottonium, qui A. 1618. publicas saltem ducentas et viginti; (Sermorum privatim habitorem iniri numerus non poterat) modo Raphaellem Ollerum, qui tredecim dierum spatio, septuaginta (iis quippe nunquam exsatiandus,) habuerit conciones. (ε) Ne Io. Georg. Vogleri quidem mentionem iniiciam, in habendis concionibus perpetuo versati, et auditorem, quocumque volebat, impellentis. (σ) Iac. Vsserius nunquam destitit a vetere sua concionandi diligentia, ut vel Episcopali suo signo illud Paullinum inscriberet: *Vae mihi, si non evangelizavero*, Academiaque Oxoniensis effigiei eius, in aere caelatae, inter alia adscriberet: *In concionando frequens.* (τ)*

Spa-

---

ε Alegambe *Biblioth. Scriptor Societ. Iesu.* p. 239. a. 378. b. 406. b.  
 σ *Idem illud testatur Alegambe l. c. p. 44. a.*  
 τ Jochii *vit. Theol.* p. 193. 216.



Spatio annorum tredecim, Genevae, singulis diebus conciones habuit *Calvinus*, binas etiam saepe, diebus Dominicis. (v) *Io. Henr. Weyhemeyer* ter, una saepius die, immo novies, deciesve interdum, unam per septimanam, concionatus est. (φ) Singulis, quoque diebus pro sacris dixisse rostris, *Carlostadius* videtur, cui iusta respondens *Lutherus*, itidem, post Invocavit insequente septimana, septenis vicibus pro concione dixit, (χ) sueto sibi et postea exemplo, utpote qui, *Bugenhagio* ad Lubecenses evocato, in annum usque tertium, die Solis, Mercurii et Saturni, singulis septimanis, sacro concionandi muneri vacavit. (ψ) *D. Jacobus Andreae*, ut idololatriam Pontificiam in pago *Lebenhuso* abrogaret, tres, singulis diebus Dominicis, conciones habuit. (ω) *Ego a die Pentecostes, quinquedies continuos praedicavi*, *Casparus Cruciger* A. 1548. ad *Vitum Theodoricum* scribit. (α) *Wir predigen uns fast zu tode in dieser Stadt*, *Valerii Herbergeri* confessio est. (ε) Nec, nisi morte, adimendum hanc provinciam *Matthesius*, sueto sibi suspirio putabat: *Vnd wenn ich nicht mehr predigen kan, o Herr, so laß mich schlaffen gahn.* (γ) Singulis, per integrum annum, diebus, praesente *Vlrico*, Duce, in aula *Württembergensi* dixisse pro concione

H 3

cione

v Florimund. Raymundus in *Histor. de Nativ. Haeres. &c.*  
L. VII. c. 10.

φ *Serpilii Epitaph.* p. 80.

χ *Dn. Loescheri Hist. Mor. p. I. p. 17. 19. Singulis tunc diebus pro-*  
*dixisse CAROLOSTADIVM in concionem, ex eius Homiliis in*  
*Malachiam, A. 1522. editis, perinde dispalescit.* *Vnsch. Nachr.*  
A. 1716. p. 192.

ψ *Laemmelii vit. Bugenhag.* p. 88.

ω *Ex Fama Andreana, Carolus, in innocent. Würtemberg.* p. 260. sq.

α *Vnsch. Nachr. A. 1710. p. 520.*

ε *Lauterbachii vit. Herberger.* p. 145.

γ *J. B. Matthesii vit. Matthesii* p. 214.



cione *Philippi Graeteri* Patrem, accepimus, (δ) more, Patribus Ecclesiae antiquae itidem recepto, utpote qui, quod ex locis permultis *Chrysofomi* ac *Augustini* discimus, de concionibus heri, nudus tertius habitis, cras itidem, perendie, immo per totam hebdomadam, ad quintam et sextam, octavam usque diem, habendis, crebriorem iniciunt mentionem. (ε) *Quotidianam* hoc vocabant *auditoribus apponere mensam, panemque frangere quotidianum*, (ζ) ut adeo tantae molis Patrum quorundam scripta, ex his simul habitis tam frequenter concionibus, subnasci facile potuerint. Non dubito, (nec dubitare me vel frequentior ipsa finit experientia) nostrum permultis, per singulos saepe dies eandem incubuisse dicendi publice necessitatem: Id vero quod, nisi summa exigat necessitas, nunquam in laude pono, magis admiratione aliis videtur dignum, *Carolus Drelincurtium* una nonnunquam die, septem, et *Gisbertum Voëtium* quavis semper septimana, octo habuisse conciones. (η) Nec priscis inusitatum fuit, una saepius die ut supra etiam adfuere iam tum exempla, plus vice simplici ad populum publice loqui, siquidem *Gaudentius* commemorat ipse, *his in Vigiliis (Paschatis) se suos allocutum*, alibique, *una vigiliarum nocte, tractatu secundo Neophytis congrua se explicuisse*; (θ) Ac *Augustinus*, a meridie vicissim explicans, ad ea, quae in matutino fuerit locutus, provocet, suosque mane, *refectos cibis, redire a meridie*, nonnunquam iussit. (ι) Tam anxia fuit multorum in serendo industria, tam saepe et nos, ut numerum inire propemodum neque-

---

δ Blumii *Jubil. Theol. emerit.* §. 65. p. 89.

ε Chrysofom. *Homil. IV. V. VI. VII. XV. ad popul. Antioch. it. or. ad-vers. Jud. II. it. Homil. XIII. in Genes.* Augustin. *Tract. IIX. in Joann.* It. Praef. *ad Expos. Epist. Joann.*

ζ Chrysof. *Homil. in Genes. XXXVII. et LIV.*

η Blumius, in *Jubil. Theol. emerit.* §. XXXVII. p. 73.

θ *Tractat. IV. et V.*

ι *In Psalm. LXXXVI. Conc. I. in fin. et II.*



queamus, ad dicendum publice evocamur; At tristes quandoque nullam ob causam aliam, negotium aggredimur, quam quod tanto studio αἴρα saltim δερεν nobis videmur. Absit tamen, ut languidius hinc agamus officium, aut a proposito absterreri, nos patiamur; Vbi minime credidisses, γῆν Ἰην ἀγαθὴν, proferentem καὶ ἀπὸν ἐκπύοντα πλάσιονα, invenies, vimque hic DEI, perquam sæpius occultam, demirari satis non poteris. Emollit *Ninivitas* verbum, quorum nil, nisi ruinam, expectabunt vates. *Ioannis* voci vel milites quoque obsequuntur. *Servatorem* emissi admirantur infidiatores; depraedicat inter blasphemos pia mulier; stipat in medio latronum universa populi cohors. Ion. III, 5. Luc. III, 14. Ioh. VII, 45. 46. Luc. XI, 27. XIX, 48. Quem nauseat *Dresdae*, cum *Proceribus*, Princeps, hunc pro sacris perorantem rostris, *Lutherum*, in pectore fert *Barbara Salana*, et, quod sibi optaverat, auditis semel adhuc eiusmodi verbis, genus mortis tranquillum, hoc elapso mense, omnino consequitur. (κ) *Lipsiae* A. 1539. in solennibus *Pentecostalibus*, tantum vix expectare poterat *Lutherus* idem applausum, quantum per DEI gratiam vere tamen consecutus, lumenque adeo simul hic nostris his terris fulgendissimum affusum est; in genua, profusis lacrymis, procidebant auditores, sibi quoque invicem, cum mira conflueret multitudo, incumbabant, aliis, ad motus scalis, per fractos fenestrarum orbis aures accommodantibus *Luthero*. (λ) Vel una itaque habita quandoque concio, messem DEO uberrimam animarum tolit. *Matthesii* auribus haec semper vox oberrabat: *Matthesi, hast du es auch deinen Pfarr-Kindern gesagt, und sie für meinen Gerichts-Stuhl beschieden, und als ein Gesandter, fürgefodert?* (μ) Idem, quod facitis huc dum, agite et porro, **FRA-TRES OPTIMI**, prompti, intrepidique suo quisque, quod vobis iam significo, tempore, conciones, quas circulares vocant, bien-  
nium

κ *Ex Fabricio, Seckendorff. Hist. Lutheran. L. I. Sect. II. X. §. 8. p. 23.*

λ *Weberi Lipsia Evangel. p. 133. seqq.*

μ *Postill. Symbol. P. I. p. 9. a.*



nium namque elapsum est, apud nos habete, Pericopas, in schedula notatas, curriculumque adeo Servatoris, porro solide explanate, ut et Vestrum *αὐξάνειν ἐν χάριτι, καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ σωτηρίας* Ἰησοῦ Χριστοῦ, 2. Pet. III, 18. omnibus innotescat. Haec omnia, liceat finire cum *Augustino*, (ν) *Fratres carissimi, dum vobis paterna pietate frequenter insinuo, absolvo apud Deum conscientiam meam; - - Dum haec humiliter, et cum grandi charitate pro sollicitudine paterna commoneo, absolvo apud Deum conscientiam meam.* Bene in Domino valete, piisque precibus ne deserite supplicentem pro vobis perpetuo DEO,

VIRI PLVRIMVM REVERENDI,  
CLARISSIMIQVE,

Meiburgi, prid. Calend. Maii  
A, MDCCXX.

vestrum,

*ad quaevis amoris, humanitatisque officia*


promptissimum.

CHRISTOPH. HENR. ZEIBICH. D.

• *Sermon. CLXIIIX. et CCXXXII. de Tempore.*



ILEBURGI, FORMIS BERGEMANNIANIS.



Coll. Miss. A 138.35